
PATIENTIA
Dises Krautlein
Patientia Wachst
nicht in allen
Garten

7.

NOVI PROVENTVS HORTI MEDICI ACADEMIAE VITEMBERGENSIS

CVRANTE

JO. HENRICO HEVCHERO

PHILOS. ET MED. D. ANATOM. ET BOTAN.
PROF. PVBL.



VITEMBERGAE

SVMPTV ET LITERIS CHRISTIANI GERDESII

ANNO CIↃ IↃ CC XI.

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Heucher, Johann Heinrich von

Novi Proventvs Horti Medici Academiae Vitembergensis

Vitembergae 1711
4 Diss. 1738#Beibd.7
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10820649-2
VD18 14930498-001

SVMMIS

SAXONIAE ELECTORALIS IN TOGA HEROIBVS

MAXIMIS LITERARVM STATORIBVS

SACRVM.

LECTORI BENEVOLO

DVo ſunt omnino, quae ad edendum hunc libellum inuitarunt: ſtudium noſtris inſeruiendi Commilitonibus,

bus, et Floralis ſpes commercii. Illi reuidere poterunt, quae me duce uiderunt hoc anno, interprete cognouerunt. Quae quo facilius recordari poſſent, publicandum uidebatur, quicquid eſſet huius. Praeterea ſpes, ut diximus, inflammauit cum accipiendarum, tum reddendarum plantarum, ſeminumue. Didicerunt ex Horto nuper edito aeſtimatiſſimi hortorum Cultores, quid ipſe primo tulerit anno: diſcant nunc, niſi graue, nunquid altero ceperit incrementi. Omnia ſua curioſis hortorum Cultoribus offert plenis iſte calathis, me

precatus interprete, ut ſua cum ſuis permutanda ducant. Id ſi fiet, ſperabo fore, annus ut proximus plures largiatur Prouentus. Ita uale, LECTOR BENEVOLE, et faue.

PARS I.

PARS I.

Complexa Plantas, flore perfecto praeditas.

Plantae, gaudentes flore perfecto, ſimplici, regulari, monopetalo,

Semine nudo quaterno.

BVGLOSSA anguſtifolia maior, fl. coeruleo. Bugloſſa anguſtifolia maior, fl. albo. Aliis Bugloſſum Italicum, fl. albo. Germ. Groſſe Welſche Ochſen-Zunge.

Structura floris Bugloſſae a ſtructura floris Cynogloſſae non adeo multum differt, ut adeoque florum ratione paulo difficilius dignoſcantur. At in fructu deprehendas differentiam inſignem. Bugloſſae enim piſtillum quatuor ueluti ſtipatum eſt embryonibus, qui deinde abeunt in totidem ſemina, uiperini capitis aemula, in calice ipſo longe ampliato matureſcentia: cum e contra Cynogloſſae piſtillum abeat in fructum, conſtantem ex quatuor capſulis, ut plurimum aſperis, et ſemine fere plano foetis, placentae pyramidatae et quadrilaterae affixis. Si cui ad folia attendere eſt uolupe, is Bugloſſae aſperrima, Cynogloſſae magis lanuginoſa reperiet. *Immo* uero et, ſi modo ad hoc attendere licitum Botanico, uiribus cum maxime differunt. Quantum enim Bugloſſa animum exhilarare, et ſubtilius humani corporis fluidum agitare creditur: tantum eiusdem motus Cynogloſſa, ſtupefaciente ſua uirtute, compeſcit ac deprimit.

Semine nudo plurimo.

MALVA Vlmifolia. Aliis Alcea, Carpini folio, Americana, uel Virginiana fruteſcens, floſculis luteis, ſemine duplici roſtro, ſeu aculeo adnato. Germ. Virginiſche Alcea.

Eſt annua planta quae, ſemine perfectam maturitatem adepto, perit ut plurimum: Cultura eius non eſt laborioſa, modo ſufficienti calore foueatur, quo denegato, perfectionem non attingit. De ſemine illud addendum, gemino ſeminum roſtro duas adhuc ſubeſſe alias appendices, roſtra breuiora mentientes, inter quae proceſſus ſatis exilis, coloris griſei, emergit. Quodſi uero cui diſpliceret, hanc plantam uel cum Tournefortio ad Maluas, uel cum Commelino et Raio ad Alceas referre, is, ſi Pſeudo-Melochiam nominauerit, non adeo me habebit diſſentientem, quum in Italia Melochiae ſpuriae nomine ſit notiſſima.

Semine latente intra pericarpium unicapſulare.

VRTICA Romana. Vrtica pilulifera altera, Parietariae foliis, ſeu foliis non inciſis, floſculis albicantibus, in 4. lacinias diuiſis, ſeminibus maiuſculis ſplendentibus, per maturitatem nigricantibus, figura et nitore ſuo lini ſemen referentibus. Germ. Welſche Neßel mit Glaßkrauts-Blatte. Ann.

Vrticae duplex eſt ſpecies, una racemifera, altera pilulifera: In quibus racemifera eſt, quae flores et ſemina fert in racemulis ex foliorum alis propendentibus; pilulifera uero, quae eadem in pilulas conglobata, pari modo interim in conſpectum profert diſpoſita. Noſtratibus Vrtica Romana, quae ex piluliferis eſt, lepido et faceto nomine, Maiorana appellatur Hiſpanica; idque eo, quod parua admodum, et tenera, non tam Vrticam repraeſentat, quam Parietariam potius, aut Maioranam mentitur, curioſis autem hoc modo facile imponit, ut naribus admouere plantam haud recuſent, indeque riſui ſe exponant adſtantium, dum ſubtiliſſimis plantae ſpinulis ex improuiſo compuncti, non leuiter exuruntur. Scilicet ab urendo nomen ſortita, non,

Tacta

Tacta quod exurat digitos urtica tenentis,

uti Macer existimat, sed potius ex eo, quod puncturam quidam quasi ex ustione ortus concomitatur dolor: unde patrio sermone plantam uoce Neßel / ex Graeco νύσσω, quod est pungo, Christianus Langius arbitratur denominari. Et sane exquisitam uirtutis pungendi cognitionem tam microscopiis, quam indefessae Hoockii et Loewenhoeckii industriae eo debemus nomine, quod post detectos a Casp. Bauhino aculeos, et succum sub his latentem a Casp. Hoffmanno inuentum, in urticae structura euoluenda diligentius sese exercuerunt, itaque rigidos esse aculeos excauatos, et perforatos deprehenderunt, humorem acrem, globulorum sub forma, fundentes. Spinulas namque isti Vrticarum omnes concauas dicunt, et fistulosas, singulas folliculis, liquore acri repletis, insidentes, quae, ubi uel leuissime fuerint tactae, cutim perforent, eoque ipso comprimant folliculos, unde spinularum caua, more syringarum, liquorem illum in cutim transfundant, ex quo dolor, rubor, et reliqua oriantur. Paulo secus quidem a solis spinulis, cuti infixis, omnia deriuare annititur laudatus supra Langius, qua in re pollicem ei premit Lud. Hanemannus, subsequentibus uerbis acrem, mordacem, causticumque succum Vrticae penitus denegaturus. Nimirum succus Vrticae, inquit, linguam si iudicem admittamus, ab imputata acredinis culpa immunis omnino deprehenditur, leuemque potius aliqualem adstringendi, non corrodendi, facultatem obtinet; in spinulis autem dictis, licet microscopiorum ope cauitas reuera occurrat, succum tamen in iis, qui quidem in basi eorum, uesiculae in modum ampliata, stagnet, reperire non potui; uti neque foramen illud, extremitati innatum, microscopia mea, licet alioquin non contemnenda, detegere ualuerunt, a melioribus forsan manifestandum. Verum uti CL. Vir meliora aliis concedit microscopia, ita putarim, eum facile cum Loewenhoeckio forsan conciliari posse, cumprimis, si ille diuersitatem aliquam inter succum uesicularum, et plantae, admiserit. Quam admittendam esse uel inde colligas, quod urtica dolori, quem compunctione sua infert ipsa, si Parkinsonio fides adhibenda, leuamen affert: quippe cuius succus expressus omnium maxime aestum, pustulas, ac pruriginem ab urticis excitatam, tollat. Vires ceteroquin urticationis in Paralysi et congeneribus affectibus norunt rerum Medicarum studiosi indagatores: illud autem uel ipsum doctissimum latuit Meibomium, libri de flagrorum in re Venerea usu Auctorem, quod obseruauit solertissimus Paullini, Nos, inquiens, nouimus olim hortulanum facetum, et ualde adhuc

adhuc libidinoſum, qui ſemper ante exercitia Venerea membrum et teſtes uiridi urticae faſce fricabat et caedebat, ſicque rem ſuam agebat animoſe et feliciter. Praeterea uero eſt et in urticae ſucco uirtus ſanguinem cohibendi, quanquam de eo minus circumſpecte mihi aſſeuerare uideatur Mayerne, quod ex quacunque cauſa, ſiue per os, ſiue per nares, ſiue per muliebria, ſiue per haemorrhoides, ſiue per plagas ſanguis excernatur copioſius, hic optimo certiſſimoque ſucceſſu exhibeatur.

Semine latente intra pericarpium bicapſulare, ſiliquis gemellis ſimile.

APOCYNVM erectum, latifolium, incanum, Syriacum, floribus paruis, obſolete purpuraſcentibus. Inepte Eſula maior latifolia. Aliis Beidelſar Alpini. Germ. Syriſcher Hunds-Kohl.

Habendam eſſe hanc plantam pro Beidelſar Alpini, ſeu Oſſar Hon. Belli, crediderunt Cluſius, et ab hoc perſuaſus Caſp. Bauhinus, qui Apocynum Syriacum cum Beidelſar Alpini confundit. His quoque aſſentitur Raius, motus autoritate Veslingii, qui Apocynum Syriacum Cornuti pro Beidelſar Alpini pinxit, et deſcripſit. Non obſtante autem, quod Weixius Apocynum Syriacum circa Iericho naſcens ad flumen Iordanum obſeruauerit; tamen ab Oſſar Belli ſiue Beidel Oſſar Alpini multum differre Cornutus et Parkinſonius optime annotauerunt. Et notandum ſane ex Hermanno, idem hoc Apocynum eſſe, quod Commelinus paſſim cum Ericu, Beidel Oſſar Alpini, et Belericu permiſcet, male ſimul ab hoc Apocyno Syriaco ſeparans Apocynum rectum latifolium Americanum. Sed uariat hoc Apocynum pro uarietate climatis e quo defertur. Eſt enim foliis uel magis uel minus incanis; floribus in obſoleta purpura aut ſaturatioribus, aut dilutioribus, aut prorſus albis.

NERIVM latifolium, flore uariegato, odorato, pleno. German. Indianiſcher Oleander mit gefüllter Blume.

Caules faſtigiantur in flores polypetalos, amoenos, odoratos, calices quinquepartitos occupantes, pedunculis longioribus innitentes, roſae incarnatae inſtar pulcherrime rubentes, ſtriisque niueis uariegatos, ſtaminibus et ſtylo medium occupantibus.

pantibus. Audi Encomiasten huius arbusculae Henr. Hessen: Es ist ein über alle massen schönes Gewächs von Ansehen / die Blume riechet lieblich / fast dem Iasmino albo gleich. Weil es nun ein recht schön und dabey zart Gewächs / und nicht überall zu finden / so ist es auch wohl werth / daß man es pflege und warte. Et paulo post: Es kan auf keine andere Weise hier vermehret und fortgtpflantzet werden / als durch Einlegung und Anhängung der Töpffe; auf diese Weise kan man bald zu dergleichen frembden raren Bäumlein kommen / und ist wohl werth / daß man solcher mehr als eins oder zwey erziehe / dann es eine recht schöne / lustige Garten-Zierde ist. Est etiam culturae sub nostro climate satis patiens, solique rigui et solis calidioris amans, quo, ut abunde magis fruatur, in repositorio, fenestris uitreis instructo reponendae arbusculae, quibus denegatis rarissime flores producunt; hyemali autem tempore in hybernaculo conuenienti collocandae, ut superstites maneant.

ASCLEPIAS Orientalis, flore albo, suauerubentibus striis intus eleganter distincto, suaueolente. Germ. Americanischer Hunds-Kohl mit röthlichen Meyen-Blumen. Perenn.

Errat Raius, cum scribit, Asclepiadem differre ab Apocyno succo, cum huius lacteus, istius limpidus sit. Nam succorum differentia plantas a se inuicem non distinguit; id quod iam dudum etiam Columna sensit, qui Asclepiadem succo luteo turgentem non excluſit ex Asclepiadum genere: cui et hoc nostrum, licet lacteſcat, inserendum. A floribus potius et fructibus plantarum desumenda differentia, ex quo fundamento nostra haec Asclepias, utpote pentapetaloides, seu potius flore monepotalo in quinque lacinias diuiſo, et siliquis singularibus, ciconiae rostrum referentibus, gaudens, a forma florum et siliquarum Apocyni se multum distinguit. Ceterum haec planta raritate atque elegantia insignis est, florum praesertim, qui suauem suam amoenitatem a muscarum conspurcationibus ipsi defendunt, quotiescunque uidelicet insiderint muscae, iis perniciem afferentes.

ASCLEPIAS Africana, Aizooides humilis. Perenn.

Taxat Hermannus, et iure quidem, meritoque Bodaeum a Stapel, quod ineptum nomen Fritillariae crassae plantae huic imposuerit; sed et ipse Hermannus non melius rem suam

egit, quando nomen Apocyni humilis ſurrogandum exiſtimauit, cum praeter ſeminum figuram et acrimoniam cauſticam uix habeat quicquam cum Apocynis commune. Florem eius Stiſſerus dicit eſſe, eine Verwunderungs-werthe Blume/ ut uel inde exiſtimem accuratiorem uegetabilis huius deſcriptionem hic eſſe tradendam. Videlicet locis montoſis, ſaxoſis, praeruptis, aridis ad Promontorium bonae ſpei, luxuriant e radice alba, exili, fibroſa: cauliculi modo humi proſtrati, modo oblique adſcendentes, ſpithamum, et amplius longi, ualde ramoſi, digitum craſſi, aphylli, ex lacteo uiridanti colore, ingruente uero tempeſtate rigidiori, ex liuore ad purpureum uergenti, propemodum trigoni, denticulati, et circumquaque breuibus, craſſis, obtuſis quaſi aculeis, ſeu prominentibus dentibus, angulorum praeruptorum rupium inſtar, ſtipati, ſucco uiſcido acri amaricante, uiroſo et nauſeoſo turgent. Ad dentium ſinus prodit pedunculus digito breuior, tenuis, pallide uireſcens, uel ex liuido purpuraſcens, communiter in tres, raro in quinque foliaceos cuſpides abiens, ſuſtinens florem amplum, planum, monopetalum, craſſum, quinque acuminatis laciniis expanſum, foris glabrum, uiridantem, quinque purpuraſcentibus per longitudinem ſtriis inſcriptum, intus tenacem, coriaceum, rugoſum, flaueſcentem, punicantibus maculis eleganter conſperſum, odoris foetidi, uiperini; ex hoc protuberat umbilicus orbicularis, eiusdem cum flore conſiſtentiae et coloris, occupans ferme mediam floris partem, cuius centrum concauum tegit ſtella quinque radiis compreſſis puniceis, in extremo bifidis, liuidisque inſtructa, cui inſidet breuiſſima, craſſi uſcula columella, emittens in imo radios quinque teretes rigidos, pallide punicantes; in ſummo totidem alios breuiſſimos, concolores. Florem deciduum ſequuntur ſiliquae gemellae erectae, uirides, ſpithamum longae, digiti craſſitie, includentes Apocynorum more ſemina orbiculata, compreſſa, tenuia, marginibus craſſiuſculis, caſtanei coloris, imbricatim inuicem incumbentia, quibus ſingulis inſident flocci ſericei candidi, ad ſolem aureis micis fulgentes.

ASCLEPIAS Africana Aizooides, foliis longioribus, minus dentatis. Male Fritillaria craſſa maxima. Male Apocynum Aizooides humile, cauliculis longiſſimis, denticulis rarioribus donatum.

Non

Non poſſum uero quin, ubi Nerium, Apocynum et Aſclepiadem recenſui, Hermannum notem leuiter, ita ſcribentem: Stirpes, quae ſiliquas ferunt unicapſulares, uniualues per longitudinem dehiſcentes, et in his ſemina cum propendente promiſſa lanugine, imbricum modo ſtylo nutritiuo incumbentia, uocantur ab herbariae rei peritis uel Aſclepiades, uel Apocyna, uel Neria. Inter has autem id diſcriminis ponendum ducunt, ut Aſclepiadibus ſint ſiliquae ex ſingulis calicibus ſingulae, Apocynis et Neriis ex uno calice geminatae. Neria ſtirpes arboreas eſſe, ſuccumque limpidum flaueſcentem fundere: Apocyna lacteum ſtillare perhibent. His autem diſtinctionum notis praedictarum ſtirpium ſpecies inuicem diſcerni non poſſe, uel exinde euincitur, quod quae uni ſoli conuenire dicuntur, ſimul et ceteris promiſcue contingant. Nam ſiliquarum in Aſclepiade numerus non ſemper deprehenditur ſingularis, ſed ſaepe pro naturae luſu, ex uno calice geminatus; et e contra Apocynum non conſtanter gerit ſiliquas ex uno calice geminas, ſed nonnunquam ſolitarias; neque ſolum Nerium arboreſcit, flauumque ſuccum fundit; ſed et Apocyna quaedam ſunt, quae in arborem adoleſcunt, et limpido, flaueſcenteque ſucco turgent. Praeterea Nerium non ex ſingulis partibus uniformem ſuccum emittit, ſed, Fab. Columna, et autopſia teſtibus e ramis et trunco ſuccum limpidum et flaueſcentem, e radice lacteum. Imo uero in Aſclepiade et Apocynis quibusdam ſub aeſtatis initio ſuccus limpidus, circa autumnum ſpiſſus, lactis inſtar, animaduertitur. Nonnulli Aſclepiadem ab Apocyno diſtingui poſſe opinantur, florum foliorumque ſtructura, ut et radicis graueolentia, et uirtute Alexipharmaca; ſed, cum haec attributa ſimul Apocynis quibusdam communia ſint, Aſclepiadi propria dici nequeunt. Si igitur Aſclepiades, Apocyna et Neria nulla conſtanti et perpetua nota ab inuicem diſcerni poſſint, nihil profecto obſtat, quin uno eodemque generico nomine, Apocyni nempe, nominentur. At enimuero tantum abeſt, ut haec, Hermanno ſuadente, iure confundas, ut potius, ni diſtinxeris ab inuicem, coelum terra miſcuiſſe uidearis. Ecquis quaeſo eſt, qui Alſinen a Lychnide, Lychnidem a Catophyllo, et hunc ab utrisque non diſtinxerit? Et, ut in genere monopetalorum maneam, ipſe Hermannus Borraginem, Bugloſſam et Cynogloſſam ſolicite ſemper diſtinxit ab inuicem, inter quae tamen tanta differentia non deprehenditur, quanta inter Nerium, Apocynum et Aſclepiadem. Quare, ut dicam, quod res eſt, cum florum figura et forma quam facil-

facillime distingui queant; et uero confusio, si ullibi, in Botanicis quam maxime sit fugienda, separentur, quae natura separata esse uoluit. Ita autem signauit, ut Nerio flores dederit, umbellatim quasi dispositos, in quinque laminas amplissimas, Rosae petalis fere aequales, et rosam simplicem ferme repraesentantes, unde et quibusdam Rhododendron dicitur, diuisos, ita, ut singulis diuisionis partibus adnata sit interne trisulca quaedam appendix; seu, ut breuius rem eloquar, florem ueluti infundibuliformem, multifidum: Apocyno concesit flores, habentes quinque lacinias, retrorsum reflexas, pro calice inseruientes, et totidem, sed quadruplo maiores, calicem obtegentes; uel, ut compendiose dicam, florem donauit campaniformem, inuersum, cuius meditullium occupat capitulum elegans, quod ex quinque corniculis in orbem positis constat. Asclepiadi autem flos est campaniformis, patens, et plerumque quinquefidus. Vt de differentia Pericarpii bicapsularis, quae unicuique obtigit, seminumque intus contentorum uaria figura, nihil afferam.

Semine latente intra pericarpium tricapsulare breuius.

SYRINGA, fl. coeruleo, et fl. lacteo. Lilac Matthioli. Male Sambucus Hispanica. German. Spanischer Holunder. Perenn.

Dicitur Syringa a uirgarum longitudine et fungosae interioris medullae copia, qua quippe exemta, ramuli sunt fistulosi, unde et forsan factum, quod Sambuci nomen ei imposuerint. Ob florum pulchritudinem et suaueolentiam in hortis colitur, quamuis nullus in Medicina eius sit usus: et nostro quidem in horto arboris in modum excrescit, utut plerumque frutico-sa sit.

SYRINGA Persica. Aliis Lilac Persicum. Male Iasminum Persicum, Iasminum fl. coerulo, Ligustrum foliis laciniatis. German. blauer Jaßmin. Perenn.

Frutex est, ut Raii utamur uerbis, nunc trium, nunc quatuor cubitorum longitudine, ligno molli, subalbo, multaque initus medulla alba repleto, cortice pullo, aut fusce rubente,

bante, milleque punctulis ſubluteis maculato. Radix ſubeſt lignoſa et fibroſa, ut Punicae. Varietas eſt peculiaris in folio, quod in humiliori ramulo Galſemini diuiſura laciniatur; in editiori autem ſine laciniis eſt, refertque quodammodo Liguſtri uulgaris folium, cui magnitudine et figura eſt aequale. Biferum eſt. Primus flos ante Solſtitium racematim cohaerens dilute purpuraſcit, efflatque odorem uulgari noſtra longe ſuauiorem; alterum floris tempus eſt ſerus Autumnus, quanquam apud nos id accidat raro, etſi, quando contingit, tunc temporis florem proſilire, non ille perfectus eſſe ſoleat, nec pari copia ſubnaſcatur. Excipit florem ſiliqua breuis et latior, quae acumine extenuatur, utrinque lineola diſcreta, qua parte per maturitatem media diffinditur, apparetque ſemen ſubnigrum, uulgari ſimile, ſed minus. Foliis Iaſminum Catalonicum proxime aemulatur, unde a nonnullis Iaſmini nomen ei inditum. Verum nulla alia in re cum Iaſminis conuenit, ſed in omnibus reliquis cum Syringa, Floribus in Spicas digeſtis, Syringae coeruleae adeo ſimilibus, ut uel obiter intuenti Syringam eſſe ſe prodat, quin et florendi tempore et fructus figura, qui huic ſiliqua dura eſt et mucronata, Iaſmino bacca. A Iaſmino differt et ligni natura, quod huic album medulloſum, et cortice laeui, et denique ſeminis totiusque fruticis ſapore, qui Lilac initio ſubaſper, tandem ſub finem leuiter adſtringens, Gelſemino amarus, acer et mordicans eſt, ac ſummopere adſtringens.

PLANTAGO latifolia roſea, floribus quaſi in ſpica diſpoſitis: uel melius, Plantago roſea ſpicata. Perenn. Germ. geſpitzter Roſen-Wegerich.

Folia per terram ſpargit Plantago latifolia, piloſa et neruoſa, inter quae caules ſurrigit ſatis craſſos, hirſutos, in quorum faſtigio folia crebra, inferioribus dimidio minora, roſarum ritu in denſum orbem ſtipata, et conglomerata, luxuriant, quae denique in ſpicam turritam miro oculorum ſpectaculo terminantur. Ex foliorum ſinubus enaſcuntur floſculi et ſemina, quae cum Plantagine per omnia conueniunt.

Semine latente intra pericarpium tricapſulare.

SPECVLVM Veneris. Male Viola pentagona, Onobrychis aruenſis, Auicularia Syluii. Germ. Fünffeckigte Veilgen.

Raio et Tournefortio refertur ad campanulas uasculum in siliquam productum proferentes: quin et iam olim Caspari Bauhino dicta Campanula aruensis erecta. Flores ei sunt elegantissimi ex purpura uiolacei, in quinque segmenta, totidem folia imitantia, expansi, qui occidente sole in figuram pentagonam, sagittae parti alatae similem, coeunt, unde et nonnullis Viola pentagona dicitur. Semina eadem habet parua, rotunda, compressa, per maturitatem lucida, et colore leucophaeo, splendentia; qua de re nonnulli, ob semen speculi instar politum, Speculum Veneris plantam hanc appellatam existimant.

Bvxvs arborescens, luteis foliorum marginibus. Germ. Vergüldeter Buxbaum. Perenn.

Dieses ist eine Art des hohen Buxbaums / so in Braband häuffig neben dem Maas-Strohm zu finden / und ist dem gemeinen Buxbaum in allen gleich / ausser / daß dieser an den Blättern gelbe Ränder hat / so von Ansehen scheinet / als wäre es vergüldet. Ist ein zierlich Garten-Gewächs / so man es an die Ecken der Betten hin und wieder pflantzet / fein sauber ausputzet / und schneidet. Haec laudatus supra Hesius. Iam uero non illis solum, qui decori hortorum student, sed et illis, qui putant magicis artibus horti culturam turbari posse, suaserim plantationem huius arboris, si modo uera sunt, quae ipse, qui refert, Sim. Paulli lepida et cachinno digna prouuntiat. Memorat siquidem se legisse apud Autorem Hortuli Sanitatis, quod is Buxum aduersus Veneris stimulos, et ad diabolum ipsum fugandum, commendet his uerbis: Welck Mynsche begehret kysch tho wesen, de trage Bussbomen Holt by sick, dat benimmt em böse Begehtlicheit, unde macket eenem kysch. Bussbom uerdrifft den Dysel, dat he kene Stede hebben mag in dem Huse: unde darumme leth man an uelen Enden, gemeinlycken Bussbom wyen, up den Palmtagk, meer alse ander Krutt, Unde fortasis illud: Man soll ihn mit Buxbaum bestecken / und dem Teuffel zum Jahr-Marckt schicken. Atque hinc Tragus quoque buxum una cum Diabolo, Bufone, et Gallo depingit. Sed longe consultius fuerit petulcis et Veneris nepotulis, Ouidio, artis amandi magistro, ut obtemperent, atque otia, et similia fugiant. Namque

Otia si tollas, periere Cupidinis arcus.

Atque eadem arte is quoque Diabolus abigetur, quem Buxus fugare potis esse dicitur.

IRIS hortenſis latifolia, ſeu Iris uulgaris, fl. uiolaceo, ſiue purpureo, tuberoſa.
IRIS tuberoſa, fl. pallide coerul.
IRIS tuberoſa Florentina, fl. albo.
IRIS bulboſa latifolia, odora, fl. coerul.
IRIS bulboſa anguſtifolia, tricolor.
IRIS bulboſa latifolia, Porcellana dicta.
IRIS bulboſa anguſtifolia, alba.

Germ. Iris mit knollichter Wurtzel / und Zwiebel-Iris.

Iris nec ennneapetalo gaudet flore, quod Raius contendit, nec Hexapetalo, quod Tournefortius concedere largirique uidetur, ſed monopetalo, eodemque regulari, iuxta Canonem Riuinianum: quorum flos non decidit, ſed ſupra fructum deſiccatur, ea pro monopetalis ſunt habenda. Pariter nec illud placet, quod Tournefortius Irides, radice bulboſa, appellet Xiphia, Irides uero, radice tuberoſa, Irides κατ' ἐξοχὴν nominandas exiſtimet: praeterea enim quod, quae radice tantum differunt, flore autem et fructu conueniunt, diuerſa notione non ſint ſeparanda, illud inſuper mirari ſubit, quod, cum Xiphion et Gladiolus eiusdem ſignificationis uoces ſint, nec aliter differant, quam quod altera Graeca ſit, altera Latina, eas diuerſorum fecerit generum nomina. Iris Dioſcoride a coeleſtis' arcus ſimilitudine nomen accepit, quem uario colore floris, tricolor praeſertim, aliquantum repraeſentat. De Iride Florentina et Illyrica bene obſerues uelim, quod uix differant niſi floris odore, qui in Florentina fragrantior, et colore, qui in eadem candidiſſimus'; in Illyrica pallide coeruleus. Radix Iridis Florent. in Vino aut Cereuiſia ſuſpenſa hanc dulcem conſeruat, illud iucundo tum odore tum ſapore commendat, illius plane aemulo, quem mora Rubi Idaei communicant, ut Raius in Vino rubro ſaepius expertus eſt. Sed et piſtoribus ad parandum fermentum triticei panis, huncque ſuaui ſapore imbuendum magnopere uſitata eſt. Ceterum Iris alba Florentina a Vulgari flore albo ſpecie diuerſa non eſt: differentia ſola eſt in radicibus, quae in Florentina maiores, craſſiores, ſolidiores, candidiores, odoratiores; ut adeo recte Jo. Bauhinus diuerſitatem regioni forte calidiori adſcribat. Sic Foeniculum dulce in noſtras regiones translatum paulatim in uulgare degeneraſſe ipſi obſeruauimus. Forte etiam Florentina dicta ſationi primam ſuam originem

debuit: nam ab eodem ſemine proueniunt Irides flore odorato et inodoro.

ASPHODELVS, folio fiſtuloſo, ſtriato, non ramoſus, flore et radice lutea. Germ. Gelber Aſphodill, it. Goldwurtz.

Vocatur etiam Haſtula regia, a caulis, una cum florum uerticillo ſceptrum referentis, ſingulari elegantia, quae a foliis anguſtis, fiſtuloſis, glaucis, ſtriatis, caulem ad flores usque contorta ratione comitantibus, haud parum augetur. Floret per partes, ut ueredicit Theophraſtus, et incipit ab imis. Planta eſt ſpectatu iucunda, cum integra effoditur, ob ingentem bulborum numerum, qui ſaepe, Matthiolo teſte, centenarium excedit: unde et Plinius Aſphodeli radicem aliis numeroſiorem eſſe dicit, ut quae 80. ſimul aceruatis ſaepe bulbis reperiatur. Imo Cluſius, dum Olyſſippone Hiſpalin proficiſceretur, Aſphodeli radices ſe uidiſſe meminit aratro erutas, quae 200. aut plures, ab eodem capite pendentes, eosque craſſos admodum, napos haberent, ut 50. aut amplius libras totam plantam ponderaſſe putaret. Quae uti uera ſunt, ita nihil mirum ſi Plinius 80. ſimul aceruatis ſaepe bulbis eam referat. Quod autem ceterum ad nomen, Plinius autor eſt, caulem dictum fuiſſe Anthericum, radicem uero, ſeu bulbos, Aſphodelum: quanquam promiſcue his uocibus uſos fuiſſe Graecos Scriptores ex Luciano fere collegerim, ſcribente, quod Manes apud inferos ueſcantur Antherico, unde et Lohenſteinius ad Manes Agrippinae his uerbis loqui amat:

Sorge nicht / daß dir die Speiſe wird fehlen /
Welche die ſchattigten Geiſter ernehrt;
Wilſt du die goldene Wurtzel erwehlen /
Schaue / ſie wird dir hier friſcher gewehrt /
Als ſie die einmahl erblichene Seelen
Haben im Garten der finſteren Höhlen.

Et ſane, ueteres ipſam hanc de Aſphodelo fouiſſe opinionem, ipſa docet Aſphodeli denominatio, quem dictam uolunt quaſi σωτόδελον. διὰ τὴν τῶν καιομένων νεκρῶν σωτοδὸν, a mortuorum combuſtorum cinere. Etenim in tumulis Veteres Aſphodelum ſerebant, ne deeſſet cibus mortuis, ut Porphyrius in quodam Epigrammate ſcriptum reliquit, ubi tumulum his uerbis inducit:

Νώτῳ μὲν μαλάχην τε καὶ Ασφόδελον πολύριζον,
Κόλπῳ δεῖνα ἔχω — — — id

id est, Foris quidem Maluam, Asphodelumque habeo, intus uero mortuum claudo.

Semine latente intra pericarpium quadricapsulare.

LYSIMACHIA, fl. lut. Lysimachium legitimum Dodonaei. Germ. Weiderich. Ann.

Inter Lysimachiam ueram, Chamaenerion male Lysimachium siliquosum, et Onagram male Lysimachiam corniculatam dictam haec est differentia, quod Lysimachia uera gaudeat flore monopetalo, rotato, et in plures lacinias diuiso, fructu seu testa fere globosa, apice dehiscente, seminibus foeta: Chamaenerion flore rosaceo in 4. lacinios profundiores diuiso, fructu siliquiformi, in 4. loculamenta distincto, quadrifariam etiam apice dehiscente, multo semine papposo foeto: Onagra tandem flore itidem rosaceo in 4. plerumque lacinias profundiores diuiso, fructu cylindraceo corniculato, quasi in 4. partes dehiscente, et in 4. loculamenta partito, seminibus ut plurimum angulatis foeto.

Semine latente intra pericarpium quinque capsulare.

KETMIA Syrorum, flore purpureo-uiolaceo. Aliis Alcea Syriaca arboreſcens.

KETMIA uesicaria uulgaris. Aliis uesicaria, Alcea Solisequa, Alcea Veneta, Malua horaria.

KETMIA uesicaria Africana. Aliis Alcea uesicaria Capitis Bonae Spei. Germ. Ketmia.

Ex Synonymis uel potius homonymis Ketmiae intelliges facile, quam mirifice Althea, Alcea, Malua, Ketmiaque confundi soleant, ut adeo operae fecerint pretium, qui tam insigni circa has plantas confusione laboranti Botanicae medelam afferre sunt conati. Quos inter primum producam Hermannum ita scribentem: Plantae maluaceae uulgo dictae, seu quae nominibus Maluae, Alceae et Altheae notatae sunt, in duo summa genera dispesci possunt, quorum primum continet eas, quae ferunt semina nuda; alterum, quae semina habent

capſulis incluſa. Quo uero generico, et adaequato, nomine utriusque, et inprimis poſtremi generis, ſpecies uocandae ſint, herbariae rei Scriptores inter ſe non conueniunt. Fratres Bauhini, et, qui ante hos ſcripſerunt, plurimi, utriusque generis ſpecies confuſe et permixte tractarunt, et nominarunt, non animaduertentes notam a natura ipſis impreſſam, a qua ſpecies ſingulae diſcrete et electe diſcernendae et nominandae ſint. Rob. Moriſon primi generis ſpecies Maluas et Alceas; poſteriores uero Althaeas, appellat. Io. Raius prioris generis plantas Alceas abſolute ſic dictas, poſterioris Alceas Indicas uocat; minus tamen contentus poſtrema hac appellatione tanquam minus congrua inquit: Poſtremi huius generis plantae ſuum et proprium genus conſtituunt, et, ſi res foret integra, patriae potius nomine, quam Alceae, eas appellarem. Igitur cum poſtremi huius generis ſpecies proprio et adaequato nomine usque adhuc careant, uiſum eſt nobis Moriſoni ſententiam, a modernorum plurimis receptam, ſequi, et Officinarum Altheam, aliis Ibiſcus aut Bis-Malua dictam, priori, nempe Maluarum generi inſcribere, et Maluae mollis et incanae, ſeu, ut Moriſono placuit, paluſtris nomine appellare, tum quod a Maluis non differt, niſi quod mollior, piloſior, magis incana, et mucagine plenior, atque adeo partibus omnibus Maluis ſimilior quam Alceis ſit; tum quod ab ipſo praeceptore Dioſcoride Maluae Sylueſtris ſpecies enuncietur. Sunt autem Maluis Semina nuda plurima ſemilunaria, in rotulae ſeu placentae formam circumacta. Calices quaſi gemini in octo, plura uel pauciora, ſegmenta tanquam foliola diuiſi. Flores e quinque petalis ad unguem iunctis, et intermedio ſtylo apicibus praedito, uel huius loco numeroſis petalis conſtructi, nunc aceruatim, nunc in Spicam congeſti. Folia ſimplicia alterna uel ſubrotunda, uel oblonga, uel integra, uel minus profunde lobata. His annumeratur quaedam heteroclita, ſeu degener Malua Sylueſtris, Betonicae folio Bocconi dicta, cuius ſemina nec ſemilunaria, nec in rotam acta, ſed ſubrotunda, et in capitulum, Botryos in modum, congeſta ſunt. Quae Alceae nomine ueniunt, duplicis ſunt generis: Prioris ſpecies partibus principibus cum Maluis conueniunt, caules autem et folia nonnihil aſperiora ſunt, et in anguſtiores et profundiores lacinias diſſecta, flores nullis in medio petalis, ſed apicatis ſtylis exornantur, et uel ſingulatim, uel aceruatim, e foliorum alis oriuntur; poſteriores ſpecies proferunt ſemina nuda, trigona, quina, rarius plura, uel pauciora, preſſe iuncta, et in capitulum congeſta, in ſuperficie uel glabra, uel Xanthii more echinata et lappacea,

lappacea, calices ut plurimum quinquifidos, flores pentapetalos, uelut in priori genere, at minores, folia uel integra, in margine tantum crenata, Carpini, Vlmi, aut Mori foliorum aemula, uel in lobos plus minusue profundos diſſecta. Altheae producunt Semina, uel anguloſa, uel rotunda, in uaſculis quinque, pluribus, aut paucioribus loculis inſtructis, formae et magnitudinis uariae, calices et flores maluaceos diuerſimode diſpoſitos, Folia alterna, nunc integra, nunc lobata, nunc profundius laciniata. Pro partium diſpoſitione, et forma uaria, uarias in claſſes diſtribui poſſunt, prout ex ſingularum ſpecierum inſpectione, et examine, facile patet. Ad maluaceas plantas *referunt* nonnulli Abutilum, Melochiam, et Geranium, quas, quamuis ratione florum non nihil ſimilitudinis cum Maluis obtineant, tamen ob uaſcula ſeminalia maluacea*rum diſſimillima*, a maluaceis ſeparandas, et genuinis ſuis fa*miliis*, quarum inſignia ferunt, inſerendas exiſtimamus, nempe Abutilum plantis multiſiliquis, pentapetalis, Melochiam pentapetalis, ſiliquoſis, quinquecapſularibus, Geranium quinque capſularibus pentacoccis. Succedat huic Commelinus, cuius haec ſunt uerba: Plantae nomine Altheae, Maluae, Alceae, Ketmiae, Abutili notae, plerumque confuſe ab Autoribus tractantur. E ueteribus Dioſcorides tres priores propoſuit, earum deſcripſit uirtutes, et tribus diuerſis eſt uſus nominibus, etiamſi Altheam Sylueſtris Maluae ſpeciem dicat, et Alceam Sylueſtrium Maluarum *generi* aſſignet. Duas prio*res Plinius propoſuit, duobus etiam diuerſis nominibus*, quamuis Altheam Maluam dicat Sylueſtrem. Theophraſtus Altheam deſcribens foliorum et ſeminum Maluae facit mentionem Ketmiam Camerarius, Cluſius et Lobelius primi Altheae et Alceae nomine propoſuere: Abutilon delineatum deſcriptumque rei herbariae Scriptores uarii nunc Abutili Auicennae, nunc Altheae, Ibiſci, et Maluae Theophraſti, nomine exhibuerunt, quod an Abutilon ſit Auicennae, nec affirmare, nec negare poſſum, quum foliorum duntaxat meminerit Auicenna. Altheam eſſe Theophraſti non credo, cum color floris duntaxat aliquam uideatur habere ſimilitudinem, reliqua, ut radices earumque effectus, folia, ſemina, uel paruam, uel potius nullam, cum Abutili radicibus, foliis et ſeminibus, quod in hortis colitur, habet affinitatem. Quum itaque nomina in Botanica nota, et tria priora in Medicina recepta ſint, atque his tribus nominibus in Phatmacopoeis deſignentur, et diſtinguantur, non tam facile haec confundenda, aut unius Maluae, aut Maluae, et Alceae, nomine indigitanda exiſtimo, et

per

per Altheam, aut Alceam, plantas designare, de quibus nec Dioscorides, nec Theophrastus, nec fortasse Antiquorum ullus cogitauit, aut somniauit, qui tamen Altheae, Maluae et Alceae uirtutes nobis reliquerunt descriptas. Has omnium primus distinguere, ut omnis in posterum error euitari queat, conatus est Morison, atque non parum lucis attulit huic generi, sed Altheae nomine plantas proponit, quas Breynius Alceae nomine comprehendit, et quae a Veterum Althea et Alcea toto recedunt coelo, semina cum suis inuolucris si spectes. Nam Althea et Alcea Veterum semina gerunt nullis inclusa uasculis: Althea Morisonis, et Alcea Breynii, fructum gerunt quinque loculamentis distinctum, semina plurima continentibus. Prae ceteris tamen Cl. Tournefortium haec genera distinxisse nullus dubito, Veterum seruans nomina, per ea easdem, quas Dioscorides, aut Veterum quisquam, designat plantas, et methodum faciliori plantarum cognitioni inseruiendam meditans, genus illud, cui Morison Altheae, Breynius Alceae nomen exhibuit, eodem, quo huius etiam quaedam innotescit species, proponit nomine, unius nimirum Ketmiae nomine indigitare uoluit. Atque ab hac etiam sententia non abhorret Clarissimum illud Botanicorum Lumen Io. Raius, qui potius patrio nomine Pariti, quam Alceae, genus hoc uocandum existimat, quam distinctionem et denominationem iudico optimam. Agmen uero claudat ipse Raius, sequentem in modum differens: Malua cuius notae flos monopetalos, in quinque segmenta ad unguem fere diuisus, semina in rotulae aut caseoli formam circumacta. D. Tournefort, Morisonum, et Scriptores omnes, quos ipse legerat, flores Maluae pentapetalos esse, affirmare ait. At uero, si Historiam nostram legisset, florem Maluae monopetalon esse a nobis dudum obseruatum reperire potuisset in descriptione Maluae crispae, et in descriptione Maluae uulgaris. Hanc plantam in Methodo mea et Historia plantarum Plantis gymnospermis accensui, non quod per ignorantiam capsulam pro grano haberem, ut existimat D. Tournefortius. Noui bene Caesalpinum Maluarum seminibus singulis singulos folliculos tribuere, et a seminibus nudis ea distinguere, ut patet ex Synopsi Methodi Caesalpinianae, quam Methodo meae stirpium nouae, Anno 1682. editae, subiunxi; sed quod pro seminibus nudis habuerim, quaecunque per maturitatem a matribus suis singulatim sponte separantur et abscedunt, ut alibi latius exposui. Verum, quamuis hoc respectu cum plantis gymnospermis conuenit, quoniam tamen floris forma, eiusque pistillo, et seminibus ipsis

ipſis exteriore integumento denudatis, et foliis, totiusque plantae habitu, quin et ui emolliente cum Alcea Indica conuenit, minime ab ea ſeparandam agnoſco, ſecundum regulam mihimetipſi et aliis praeſcriptam. Alcea a Malua foliis diſſectis, ſeu laciniatis, differt; Althaea ab eadem foliis mollioribus magisque incanis. In Hiſtoria Plantarum folium productius, minusue rotundum Althaeae notam feci, nec adhuc rationem uideo, cur eam reiiciam. Nam planta primo Althaea dicta, quae et in Medicorum Scriptis, et in Officinis, et apud ipſum uulgus hoc nomine innoteſcit, folio eſt productiore. Primum autem in unoquoque genere eſt menſura ceterorum. Deinde figura folii ad *diſtinguenda* genera pluris eſſe uidetur, quam color aut mollities. Herbarii etiam ipſi Maluam arboream Venetam et noſtratem Maluis annumerant, quamuis folia mollia et incana habeant ob foliorum formam ſubrotundam. Nos quidem Botanicos, qui eas primo obſeruarunt et deſcripſerunt, ſecuti, ſpecies nonnullas, folia ſubrotunda habentes, in capite de Althaea complexi ſumus ob nimiam feſtinationem, et incogitantiam. Tournefortius Althaeam a Malua diſtinguit non aliam ob cauſam, quam ne a communi uſu recedat. Sic Coronopum a Plantagine, Dracontium ab Aro, foliis profunde laciniatis diſtinguit, quia ſcilicet uſu communi recepta et uelut ſtabilata ſunt haec genera. Gallium ab Aparine foliis laeuibus diſcriminat: Cruciatam ab utroque numero foliorum ad unumquemque nodum, nam abſolute loquendo, inquit, diſtingui non deberent. Cucumis, Citrullus, Melo, non niſi unum genus abſolute loquendo conſtituere deberent, ni uſus ſe opponeret. Verum cur in his adeo ſcrupuloſus eſt, ne a communi uſu recedat, cum in aliis, quae maioris momenti ſunt, innouare non ueretur: ſi quidem Dictamnum ad Origanum, Hederam terreſtrem ad Calamintham, Lepidium glaſtifolium, et Raphanum ruſticanum ad Cochleariam, Scorodoniam et Scordium ad Chamaedryn audacter et ſine Apologia reducit. Quod autem porro ad Hermannum attinet, cum is dicit, Maluas, et Althaeas, et Alceas uulgo dictas ſemina nuda proferre; id noſtra etiam fuit ſententia, quod earum ſemina exteriore illo integumento, quod nonnulli capſulam eſſe uolunt, induta a planta matre ſingulatim ſponte abſcederent aut ſepararentur. Verum, cum curioſiores plantarum ſpectatores ſuperioris ſeculi, Andreas Caeſalpinus, et praeſertim D. Tournefort, exterius integumentum capſulam eſſe uelint ſemen continentem, non partem ſeminis, horum ſequacibus litem non mouebo: nec enim tanti eſſe exiſtimo hac de re uehementer contendere. Vnus-

quisque, per me licet, suo fruatur iudicio. Porro autem consultius, me iudice, feciſſet, ſi Althaeae nomen non ſolicitaſſet, nec Ibiscum, ſeu Bismaluam, ex eius poſſeſſione, qua per multa ſecula gauiſus fuit, deturbaſſet, ad confuſionem uitandam, quae ſequeretur, ſi nomen Althaeae aliud in Medicorum et Botanicorum omnium libris, qui huc usque ſcripſerunt, aliud in Moriſoni et ſequacium ſcriptis, in poſterum denotaret. Interim certiores, atque Hermannus, diſtinctionis notas inter Maluam, Alceam et Althaeam nobis ſuppeditauit eruditiſsimus Vir, et curioſus ſtirpium obſeruator, D. Carolus Preſton M. D. Edinburgenſis Scotus. Videlicet, quod Malua duplicem habeat calicem interiorem quinquifidum, exteriorem trifidum, Alcea ſimplicem, uidelicet inferiorem quinquifidum, quamuis exterioris calicis uice foliola habeat tria filamentoſa, Althaea duplicem calicem, ſed exteriorem etiam in quinque lacinias diuiſum, ut in Maluis roſeis dictis. Alceae Indicae, Ketmiae Tournefortii flos Maluaceo ſimilis eſt. Fructus ſecundum longitudinem in plura loculamenta ſeminibus repleta diuiditur, qui ſumma parte in tot plerumque partes aperitur, quot habet cellas ſeu loculos thecasue. Abutilon, florem fert Maluaceo generi ſimilem, cui et foliis totoque habitu ſimilis, ab Alceis Indicis diſtinguitur thecis diſiunctis et tantum contiguis, in quibus ſolitaria ſemina reconduntur, cum in Alceis Indicis thecae coniunctae ſint, et ſimplex uaſculum conſtituant, in quarum ſingulis complura ſemina. Xylon, ſiue Goſſipium flore cum praecedente conuenit: Fructus in tres quatuorue cellas diuiditur, ſeminibus cotone inuolutis repletas. Nos tres tantum obſeruauimus, totidem Marggrauius, D. Tournefortius quatuor, I. Bauhinus utrumque numerum. Numerum ternarium naturalem et ordinarium eſſe exiſtimo. Haec Raius. Nos, ſiquid in tanto ſententiarum tantorum Virorum diuortio addere fas eſt, exiſtimamus, uel ex hac inſigni Botanica lite, innoteſcere cuilibet facile poſſe excellentiam Methodi Riuinianae, florem et fructum maxime reſpicientis, ſecundum quam nullo negotio determinare poſſis, quale plantis eiusmodi omnibus flore regulari monopetalo gaudentibus competat nomen: dum, quicquid gaudet ſeminibus nudis, ſit uel Malua, uel Althaea, uel Alcea; quicquid ſemine latente in pericarpio quadricapſulari, ſit Xylon, uel Goſſipium; quicquid pericarpio quinquecapſulari, ſit Ketmia; quicquid denique multicapſulari, ſit Abutilon; foliis deinceps, et, ſi opus fuerit, florum forſan quoque laciniis ſpecialiores dif-

differentias ſuppeditaturis: qua ratione Althaea et Alcea profundius laciniata ſunt, quam Maluae folia: laciniata deinceps Altheae folia molliora deprehenduntur foliis profunde laciniatis Alceae, et ſic porro.

KETMIA Aegyptiaca, ſemine moſchato. Aliis Alcea Aegyptiaca uilloſa, Althaea Aegyptiaca moſchata, Belmuſcus Aegyptia, Ab-el-moſch, ſeu Moſch Arabum. Germ. Bieſem-Körner.

Ab-el-moſch, et ſimpliciter Moſch, non bel moſchi; ſemen autem, aſpiratione addita, Hab-el-moſch, i. e. granum Moſchi ab Arabibus appellatur, quia fragrantia ſua uel ipſum moſchum prouocat, cum tenuem ſuauiſſimumque ſpiritum exhalat. Vtuntur eo, quibus Ambrae Moſchiue uſum recuſauit rei familiaris tenuitas, ſeminisque leuiter exſiccati puluerem Coauae admiſcent, ut maiorem acquirat efficaciam roborandi infirmitates capitis, uentriculi, cordisque. Quo loco illa ſilentio non praetereunda Valentinii uerba, ſcribentis: Was den Gebrauch dieſer Körner / deren Geruch gleichſam aus Bieſam und Amber miſciret iſt / weswegen ſie auch von den Frantzoſen Ambrette geuennet werden / anlanget / ſo werden ſie in der Medicin noch ſonderlich nicht verſchrieben / und findet man auch wenig oder gar nichts von ihren Qualitäten und Tugenden bey den Scribenten / auſſer / daß Ettmullerus mit ſehr wenigen Worten in ſeinem Commentario in Schroederum ſetzet / daß man dieſen Saamen in Spiritu Vini lege / und demſelben einen Bieſam-Geſchmack damit zuwege bringe. Unterdeſſen warnet und erinnert Monſr. Pomet, daß wenn man nicht wohl wiſſe damit umzugehen / man dieſe Körner nicht leicht unter andere Dinge miſche / ſolchen einen Geruch damit zu machen / weilen an ſtatt eines Bieſam-Geruchs man leichtlich alles verderben könne. Sonſten aber bedienen ſich die Parfumirer in Italien dieſes Saamens welcher auch angeſchnüret / und zu Roſen-Kräntzen / Hals- und Arm-Bändern / welche vornehme Damen des guten Geruchs wegen tragen / zubereitet / und alſo von den Gänglern und Italiänern hin und wieder verkauffet wird.

Semine latente intra pericarpium mollius.

IASMINVM luteum, humile, inodorum. Male Trifolium fruticans. Male Polemonium, fl. luteo.

IASMINVM Indicum, flauum, odoratissimum. Germ. Gelber wohlriechender Jaßmin. Perenn.

Floribus flauet omnino aureis, uulgaris Gelsemini simillimo pediculo innixis, per summum ramorum in umbellam diffusis, Hispano seu Catalonico Jasmino minoribus, diutius uernantibus, inualescente cum stirpe maiora quotannis incrementa capientibus, eius floris, quem Saponariam uocant, facie, retusis, suauissime olentibus, arido etiam e cadauere odoratam animam spirantibus. Post florum gemmas baccis graueſcit, minusculas oleas magnitudine, primoque uirore, exaequantibus, a maturitate deinde flauentibus, maturae instar uuae pellucidis, inclusumque nigellum, et longiusculum, quale pyra includunt, semen indicantibus. Meretur sedulam culturam nobilissimum hoc uegitabile, unde et merentur Stisseri huc apponi uerba, quae sequuntur: Wiewohl der gemeine gelbe Jaßmin ohne Geruch / so ist dennoch dieser mit schönen wohlriechenden Blumen versehen / so am Geruch der Pomerantzen-Blüth gleichen / ist auch an Blättern dem gemeinen gelben Jaßmin gantz ungleich / welche den Winter über nicht abfallen. Es liebet dieses schöne Gewächs eine gute frische / jedoch leichte und mit etwas Sand vermengte Erde / einen warmen Ort / da es der Sonnen zu genieſſen habe / mäßige Feuchtigkeit. Will / wie das Iasminum Hispanicum, für Reiffen und Frost wohl gewartet / auch / selbigem gleich / den Winter über in einem Gewächs-Hause verwahret / und im Frühling allgemach wieder an die freye Lufft gebracht seyn / weilen es ziemlich zart / auch eine genaue Wartung den Winter über erfordert. Seine Vermehrung geschiehet durch Einsencken der eingeschnittenen jungen Zweige / so sich nahe an der Wurtzel befinden / welches im Iunio geschehen kan / auch habe befunden / daß es von gesteckten Zweigen zu Zeiten fortkomme / welche aber wohl gewartet werden müssen / welches jedoch dieser Jasmin wegen seiner Schönheit und Annehmligkeit verdienet / welcher / wenn er wohl gewartet wird / etliche Jahre dauren kan / muß aber zu Zeiten / wie das Iasminum Hispanicum ausgehoben / und von den überflüßigen

langen

langen Wurtzeln gesaubert / auch mit frischer Erden versehen werden.

IASMINVM scandens Malabaricum.

In Horto Malabarico uocatur Nandi Eruatam minor. Gaudet foliis Mali Aurantiae, flore Monepotalo in quinque laciniis diuiso, niueo, eodemque fragrantissimo : totaque planta ad instar Conuoluuli alicuius scandit.

SOLANVM spinosum, arboreſcens, Capitis bonae Spei. Africanisches Dollkraut mit Stacheln.

Plantae huic caulis est lignosus, sesquicubitalis, ramosus, in uiridi nigricans, aculeis mordacibus undique armatus. Folia promit atrouiridia, oblonga, profunde laciniata, costis ab utraque parte supparibus spinis obsessis, Flores ad ramorum cacumina pentapetaloides, Borraginis facie, ex coeruleo pallentes, Baccas pomi amoris amplitudine, et forma, primum uirides, dein flauos, et ex maturitate in nigrum degenerantes colorem, fouentes semina compressa, orbiculata, fusca, in pulpa flauescente, uiscida, acria, amara, nauseosa et uirosa. Ad fossarum margines locisque aliis incultis Promontorii Bonae Spei sponte prouenit. In hortis tam per semina, quam ramorum circumpositionem, uel submersionem, testante Hermanno, commodissime propagatur, adeoque huius sententia perennat hoc Solanum, id quod uix promittere audet Stisserus, quando scribit: Dieses fremde Gewächs wird anfänglich vom Saamen aufgebracht / welcher im Monat April. bey wachsenden Lichte auf ein Mist-Bette gesäet wird ; Wann die Pflantzlein aufgangen / werden selbige mit Gläsern bedecket / auch für Reifen und Frost / ingleichen für überflüßiger Feuchtigkeit wohl gewartet / nachgehends / wenn sie ein wenig erwachsen / in Scherben verpflantzet. Liebet eine gute / luckere / etwas sandichte Erde / einen warmen Ort / da es den Tag über der Sonnen wohl geniessen kan. Will bey trockenen Sommer fleißig begossen / den Herbst aber für vielen kalten Regen wohl gewartet / den Winter aber beygesetzet / für Frost genau gewartet / auch wenig oder gar nicht begossen / und gar wohl in acht genommen seyn / giebet das erste Jahr seine Blumen / aber selten / und nur bey sehr warmen Sommern reiffe Frucht / und vollkommenen Saamen / pfleget auch des Winters gemeiniglich auszugehen / welches bißher befunden / ungeachtet es fleißig genug in acht genommen.

Anno 1693. hat die Frucht ihre vollkommene Grösse bey uns bekommen / zur Reiffe aber hat selbige nicht gebracht werden können. Nos Horti nostri prae Helmstadiensi possumus praedicare foecunditatem, quod hoc anno poma maturitatem adepta nobis praebuerit. De usu autem huius Plantae in Medicina uideatur Hermannus, qui eius radicem, quam acrem et sub amaram deprehenderat, exemplo Hottentottorum, ad Hydropicorum aquas per urinam educendas, ex decocto praescripsit, magno semper aegrotantium leuamine; pulpam uero baccarum uirulentam reperit, inducentem capitis grauedines, torpores, dolores, furorem denique, ipsamque necem.

SICYOIDES Americana, fructu echinato, foliis crenatis. Aliis Cucumis Canadensis, Cucurbita Canadensis, Bryonioides Canadensis. Anm. Germ. Canadensische Kürbsgen.

Sicyoides idem est ac si dixeris, planta ad Cucurbitam, uel Cucumerem, aliquantulum accedens: nam σίκυος, Cucumerem, σικύα Cucurbitam significat. Scilicet, praeter Cucumeris species ab Autoribus, qui superioribus temporibus scripserunt, propositas, sub finem Seculi XVII. noua ex promontorio Bonae spei aduecta est, quam ob aculeatam fructus faciem Cucumerem Africanum echinatum, seu Erinaceum, dixerunt. Duplex autem est, maior et minor. Minorem in horto nostro colimus, qui flagella fundit cucumerina, quadrangula, striata, aspera, ualde ramosa, et capreolata. His folia adstant oblonga, hirta, uillosa, crenata, in duos ut plurimum tresue lobos, nunc profundiores, nunc leuiores, diuisa, rarius integra. Ex alis egrediuntur flores, qui cucumeris paulo minores sunt, lutei in quincuspidata segmenta dissecti, singulos, qui fertiles sunt, excipiunt fructus nondum digitum longi, uti Hermannus uult, sed Amygdalae aemuli, carnosi, echinati, in capitulum plerumque collecti. Color primum uiridis est, et ubi ad maturitatem peruenerunt, in uiridi fuscus, ad obsolete castaneum sordidum uergens, et per longitudinem decem undecimue lineis albidis notatus. Caro in tres quasi phalanges, et hae rursus in alias minores, distincta est, in quibus eadem quoque serie disponuntur semina albida, depressa, seminibus cucumeris nonnihil minora et tumidiora. Vim catharticam possidere hanc plantam ex insigni eius acredine et amaritie, Colocynthidis instar, faucibus diu inhaerente, et nauseam pro-

procreante, atque etiam odore uiroſo, non temere iudicatur.

CVCVMIS Sylveſtris, aſininus dictus. Germ. Spring-Gurcke / Eſels-Kürbiß. Ann.

Differt a Cucumere eſculento, partim quod capreolis careat, partim quod ſeminum figura non adeo ſit depreſſa, ut in cucumere, ſed conuexa magis et pulli colloris. Melonis folium quodammodo refert, uerum minus diſſectum eſt, non ita anguloſum, in acumen productum, mollius etiam, quam Cucumeris Vulgaris folia, iis etiam magis incanum, praeſertim parte inferna, uel cineritium, craſſius, et aſperius, longis et hirtis pediculis appenſum, ex flagellis ramoſorum caulium teretibus ſtriatis et hiſpidis enatum. Flores, Satiui floribus, multis numeris minores ſunt, monopetali, calathi forma, colore ex albido herbaceo, tantillum in dilutiorem flauedinem declinante, ſaturatius tinctis apicibus medium occupantibus. Fructus maiorem glandem Cerri aequat, cui et forma oliuari reſpondet, ſuperficie ſpinulis crebris breuibus horrente, qui maturus leuiſſimo attactu uiroſum ſuccum cum lubrico ſemine uiolenter eiaculatur: id quod Tabernaemontanus his exprimit uerbis: Wenn man dieſe Frucht / wo ſie faſt zeitig angreifft / ſo platzen die Körner ſchnell heraus / als ſchöſſe man eine Büchſen ab. Suppeditat fructus hic ſuccum illum ualide purgantem Elaterium dictum, de quo apponi merentur ea, quae Reuſnerus annotauit: Erat Empiricus, qui pil. ii. Ciceris magnitudine ex farina triticea et ſucco Cucum. Aſin. efformatas Hydropicis exhibebat, unde copioſa purgatio aquarum ſequebatur, mox, lotione crurum ex Dec. Caulium inſtituta, materiam deorſum traxit, iterumque pilulas dedit, et plurimos perfecte reſtituit. D. Soame ex Obſeruationibus Hier. Reuſneri a Velſchio editis.

CAPSICVM Americanum perenne Oliuari fructu, ſurſum ſpectante, uel ſurrecto. Germ. Indianiſcher Pfeffer.

Solanis a plerisque cum Raio annumeratur, ſed male. Licet enim ob foliorum et florum ſimilitudinem Solanis accenſeri poſſet; fructus tamen Solanis minus reſpondet, unde melius Capſicum, quam Solanum mordens, dicitur, ἀπὸ τοῦ κάπτειν, a mordendo, nulla enim pars plantae eſt, quae acrimonia non ſit praedita. Sed praeter reliquas indomitus eſt ſemi-

ſeminum et ſiliquarum feruor urentisſimus, unde et Piper Indicum, Germ. Judianiſcher oder auch Türckiſcher Pfeffer / dictum puto. Illa, quam nos hoc anno horto Academico inſeruimus, ſpecies, prae reliquis eo ſe commendat nomine, quod perennis ſit, cum pleraeque aliae annuae tantum exiſtant. Ceterum Gregorius de Regio apud Cluſium Capſici uarietates in tres claſſes redegit, quarum prima contineantur quatuor genera fructum ſurrectum, et ſurſum ſpectantem, gerentia; alia, quatuor genera fructu rotundo, et ad terram inclinato, praedita; tertia, quatuor genera oblongas et deorſum propendentes ſiliquas habentia.

Plantae gaudentes flore perfecto, ſimplici, regulari, tripetalo.

Semine nudo unico.

LAPATHVM, folio acuto, rubente. Vulgo Lapathum Sanguineum, item Sanguis Draconis. Ann. Germ. Rothe Mengel-Wurtzel.

Lapathum a uoce Graeca λαπάσω, ſeu λαπάζω, purgo, moueo, euacuo, nomen accepit, eo, quod, Dioſcoridis ſententia, omnium Lapathi ſpecierum decocto olere aluus emollitur. Eius uero Character in omnibus ipſius ſpeciebus eſt flos, non imperfectus, uti uult Raius, et cum eo Tournefortius, ſed perfectus, qui quidem non ſex gaudet petalis, quod Raio uidetur, ſed tribus tantummodo, quum tria petala exteriora potius pro periantheo ſint habenda: deinde autem ex eo dignoſcitur, quod profert ſemen nudum, unicum, triquetrum, ſplendens. Magnus interea quum ſit numerus plantarum hoc charactere gaudentium, operae fecit pretium Raius, quod Lapathum in tria genera diuidit ſubalterna, quorum aliud eſt radice purgante, Rhabarbarum dicendum; aliud foliis acidis, Acetoſa ſeu Oxalis denominandum; aliud denique, foliis magis inſipidis, ſapore oleraceo, Lapathum ſimpliciter appellandum. Et, qui quidem ad ultimum genus pertinet, dictus modo

Sanguis

Sanguis Draconis ab arbore, Dracone Indica, tanto magis distinguendus, quanto certius constat, tantum non pretiosissimum hoc esse uegetabile, cuius bina exempla, quibus nouum, quod Dresdae paratur, exoticarum stirpium exornare posset Amphitheatrum, Rex atque Elector noster Potentissimus nuperrime plus quam mille Ioachimicis comparari curauit.

LAPATHVM hortense, latifolium, Lapathum maius, Hippolapathum satiuum, Lapathum satiuum, Rhabarbarum Monachorum, Patientia. Germ. Mönchs-Rhabarbara.

Est ex illo Lapathorum genere, quod radice purgante gaudet, quod illi, qui Medicinam domesticam amant, Rhabarbaro, sed duplicando dosin, substituunt. Egregie hanc in rem Muntingius. Satiuum Lapathum esse Rumicem, forte non abs re iudicarim, quod uulgo Monachorum Rhabarbarum uocant omnes. Nec, ut ingenue fatear, satis scio an illud intellexerit Petrus Andreas Matthiolus, ubi de suo Italico Rhabarbaro super Rhapontico Commentario egit. Nam non omnino describit, uerum his tantum uerbis proponit: *In Italia quoque Rhabarbarum quoddam in hortis et uiridariis passim reperitur, a peregrino non absimile, quod etiam, ut a Medicis fide dignis mihi relatum est, bilem deiicit, quamuis peregrino sit longe infirmius. Si Rhabarbarum Monachorum intellexit, hoc nostrum, et uerum Antiquorum Lapathum eo loco dedit, quamuis ipse illud ignoret. Nec, quo iure Rhabarbaro subiiciat, scio, nisi eodem etiam iure Rhabarbarum inter Lapathi species recenseri queat, quod quibusdam, et magni nominis Medicis, haud displicuisse uideo. Verum illud Italicum Rhabarbarum, si est, ut credo, idem cum eo, quod Monachorum Rhabarbarum uulgo uocatur; profecto passim non in Italiae solum, uerum etiam in Galliae, Germaniae, Angliae, nec non Frisiae nostrae Hortis laete prouenit. Quare recens herba illata, Italica solummodo esse, ut Monachi somniant, uideri non potest, uerum ipsa re satiuus Rumex est, quemadmodum iam illud ex Etymo ostendi, ut laxet; quo effectu si aliquod simplex potentius paulo, quam oenoprotica operetur, facile bilem pellit, quod Rumicis satiui proprium est: omnium quoque Lapathorum olere decocto aluum molliri scribit Dioscorides. Hoc uero Monachorum Rhabarbarum syluestrium Rumicum Oxylapathi maxime, cui id confert Dioscorides, locis in paluſtribus crescentis, forma*

Laparhum haud esse dissimile, uere, et a Plinio proprie Rumex uocari dicitur, nascique in hortis fortissimum asseritur, illius siue facultates, siue magnitudinem respicias, quemadmodum L. X. c. 12. uidere possunt omnes. Porro Libri eiusd c. 6. huius, scilicet Lapathi simpliciter dicti, meminit, quo modo in magnitudine sit fortissimum: Amplissima est radix, inquit, Lapatho, ut quae ad tria cubita descendat: syluestri uero minores sunt, sed et tumidae. Ex his autem Herbam Monachorum, uulgo Rhabarbarum uocatam, iam describi manifestum est. Vnde Rhabarbarum Monachorum uerum esse satiuum Lapathum, siue hortense Loniceri, lubens affirmo, cuius amplissimae radices hortos amant. Haec Muntingius. Gaudet praeterea hoc Lapathum etiam PATIENTIAE nomine, ob quam rem principem in Horto nostro occupat locum, fictilique asseruatur uase, cuius altera facies Patientiam exhibet depictam, altera uulgatum illud Germanorum: Das Kräutlein Patientia wächst nicht in allen Gärten. Est quippe, si cuiquam, ei, qui hortos colere instituit, opus Patientia. Ast id quoque scias uelim, Patientiae quod habet, nomen herba haec, non nisi corruptum esse, ortum ex ipsa uoce Lapathi misere detorta ac deprauata. Frisii namque primi fuerunt, qui Lapathum hoc Patziens Krud, siue Kruid, nominarunt, suppressa, uel obscure pronunciata Syllaba La, ut sit Lapatzens Kruid. Inde natiui nominis imperitiores Patientien Kruyd, quasi patientiae herba esset, deriuarunt, et Patientiam in hodiernum usque diem uocarunt. Cuius quidem accuratam hic tradere descriptionem, hoc aggredimur libentius, quo plus uacillare in nota eius generica suppeditanda Raium, Tournefortiumque deprehendimus. Protrudit e radice ultra ulnam longa, imo interdum longiore, ac linea quadam recta profunde terram perforante, digiti crassitiem parte superiori obtinente, colore externo pallescente luteo, interno uero citrio speciose donata, parum amara, acri, nec non ore masticata nonnihil adstringente; folia in longitudinem excurrentia, numero non multa, quorum nonnulla pedem unicum Romanum, quaedam uero sesquipedem longa, semipedem aut minus lata, circa medium latissima, et tandem in mucronem modice acutum desinentia, angustiora, exceptis quibusdam foliorum exemplis in obtusiorem mucronem saepius declinantium, uisuntur: primo sursum erecta, circa caulis ortum parum incuruata, tandemque anteriori parte nonnihil deorsum uergentia, colore superno obscure uirescentia, inferne uero ex uiridi coeruleo pallidora, natura in medio tuberculis

lis quibusdam seſe nonnihil contrahentibus quasi rugosa, tenera, ac tactu mollia, modice crassa, margine plano praedita, ore commanſa mista quadam dulcedine, acescentia, nec non crassa in medio uena colore pallida et maculis quibusdam rubescentibus inquinata, e qua plurimae minores aliae in latera excurrentes, et iuxta ea semicirculariter rursum conuenientes prosiliunt. Caulibus quoque modice crasis ac longis, superiori parte canalis modo planis, inferiori uero semirotundis, striatis atque pallido colore e uiridi, nec non rufescentibus quibusdam maculis insperſis nituntur. E quorum meditullio uerno tempore ad 4. et 5. pedum altitudinem caulis tantummodo porrumpit unicus, rotundus, digiti minimi crasitiem obtinens, colore externe rubro circumdatus, parum striatus, nec non interne uiridis, atque excauatus; cuius superiori in parte iconis tantummodo particula, semine onusta, a Pictore expressa cernitur, dum integram eius longitudinem ob loci angustiam hic ponere non potuerit; cui folia praedictis minora, atque auctiora, modo ex illa caulis parte numero pauco prouenientia, late quoque a se inuicem distantia, iuxta caulem latiora, in marginibus rubra, canaliculata, nec non deorsum saepius dependentia, annectuntur. Inter quae iuxta caulem diuersi cauliculi non longi, innumeris gemmulis annulosis mira serie conglomeratim dispositis, et breuibus filamentis dependentibus onusti, producuntur, quae sub Maii finem, Iuniique initium apertioni seſe accingentes, flosculos triangulares, colore uirides, ad Solem tamen nutantes, superiori parte rufescentes, tribusfoliolis constantes et floccos interne tres albos, cum duodecim luteis appendicibus atque externe tria perpusilla foliola, clausos adhuc flosculos comprehendentes, demonstrat; quae florum foliola per paucos dies aperta, ac pendula, non decidunt, nec marcescunt, uerum perseuerant, grandiora fiunt, et quasi alata, ac primo rufescentia, deinde uero plane rubra apparent, nec non in medio Solem uersus gemmula quadam rubro-fatura pulchra admodum exornata, tandemque sub iis semen quoddam triangulare, pallido colore fusco, fulgente tamen, obductum abscondentia, cernuntur: quibus in terram decidentibus, tota emoritur planta, quoniam ultra biennium non uiuit. Nihilominus tamen semine sponte defluo, uel aliis in locis uerno tempore, crescente Luna, terrae non profunde leui manu mandato, copiose multiplicari potest. Illam uero Soli probe exposito aeque, ac umbroso in solo, ligonis ope diligenter subacto,

nec non sufficientis fimi quantitate imbuto, quoniam et hunc et illum diligit, reponi necesse est.

ACETOSA Americana, foliis longisſimis pedunculis adnatis. Aliis Oxalis Africana, Acetoſa ueſicaria peregrina, Acetoſa ueſicaria Americana. Germ. Americaniſcher Sauer-Ampfer. Ann.

Est haec ex tertio genere Lapathorum Raii, illo scilicet, quod acido gaudet foliorum sapore. Folia, inquit Raius, gemina, oppoſita, aliquando etiam ſingularia, pallida, et uelut nitroſo puluere obſita, anguloſa, non tamen, ut in uulgari, bifurcata et alata, ſed potius, Atriplicis forma, biuncialia, et pediculis triuncialibus donata, mollia, carnoſa, ſapore acido, ex quorum ſinubus alae ſurgunt foliis minoribus, ſed eadem forma, in quorum, ut et in caulis ſummo, floſculi ex luteolo uirentes, et rubello quodammodo, figura Oxalidis uulgaris, ſola magnitudine differentis, quippe maiores ex curuo pediculo penduli, uelut in ſpicas diſpoſiti, quibus fructus foliacei, ex tenuibus rufeſcentibus membranis, elegantisſimis uenulis, ueluti in Fritillaria, per eas diſcurrentibus, compoſiti, ut in aliis, ſed quadruplo quam in uulgari maiores, ex paruis pedicellis dependentes ſuccedunt; quibus ſemina triangularia oblonga, rufeſcentia et ſplendentia incluſa continentur. Ceterum tota planta guſtu et aciditate delicatiore reliquis congeneribus praeferenda.

ACETOSA arboreſcens, ſubrotundo folio ex Inſulis Fortunatis. Germ. Baumichter Africaniſcher Sauer-Ampfer. Perenn.

Est Ponae Lunaria Magorum Arabum, ſi Plukenetii iudicio ſtandum. Aſſurgit usque ad 8. imo 10. pedum altitudinem, caule, pollice humano craſſiore. Folia, in caule et ramulis alternatim ſita, ſunt ſubrotunda, aut triangularia, angulis ſubrotundis, duas tresue interdum uncias longa, et totidem propemodum lata, glabra, per margines aequalia, pediculis longis e membranula caulem obuoluente ortis, ut Perſicaria, fulta. Flores ſummos occupant ramulos in ſpicis peculiaribus, laxis et ramoſis ſparſi, perexigui. Semina ſunt triangularia.

Plan-

Plantae gaudentes flore perfecto, ſimplici, regulari, tetrapetalo.

Semine latente intra pericarpium membranaceum unicapſulare.

PAPAVER erraticum. Aliis Papauer Rhoeas, fl. ſimplici, rubro, albo, carneo. Germ. Klapper-Roſen / Wilder Mohn.

PAPAVER erraticum, fl. pleno miniato.

PAPAVER erraticum, fl. pleno, phoeniceo, unguibus albis.

PAPAVER errat. fl. pleno, igneo, marginibus candidis. Ann.

Papauer uerum illud eſt, quod gaudet fl. regulari, tetrapetalo, fructu unicapſulari in plurimas cellulas ſeu lamellas tenues diuiſo. Adeoque Papaueris ſpecies non ſunt papauer corniculatum, melius Glaucium, papauer ſpumeum, melius Been dicendum, neque papauer ſpinoſum, quicquid etiam Raius dicat, quippe quod eſt penta- uel hexapetalo flore. Eſt tamen et ueri papaueris quaedam uarietas, cum aliud foliis integris gaudeat, ad quod pertinet omne papauer, quod capitatum, ſatiuum, uulgare, hortenſe, criſtatumque uel fimbriatum uocant: aliud foliis diſſectis, quorſum papauer ſpontaneum, rhoeas, ſylueſtre, campeſtre, erraticum item dictum ſpectat. Quanquam et hic ſeſe denuo offerat aliquod diſcrimen, quum papauer foliis diſſectis aliud obſeruetur habere florem maiorem, capitulumque ſeminale glabrum, aliud florem minorem capitulumque hiſpidum, quorum hoc Argemonen, ſed male, uocant; eſt enim Argemone uera hexapetalos, ſi non polypetalos: illud Papauer erraticum ſeu rhoeas, ſic dictum a ῥέω, fluo, uel quod ab eo liquor emanet, uel quia flos ſtatim defluit, poſtquam ſemel explicatus fuerit.

Semine latente intra pericarpium bicapſulare longius.

GLAVCIVM fl. phoeniceo. Male Papauer corniculatum, Papauer perenne. Germ. Ziegelfarother gehörnter Mohn.

Cum ad Papauer, aut Chelidonium, propter differentem fructus formam reduci nequeat Papauer corniculatum, Glaucium omnino denominandum fuit. De eo Raius: Huius flores minores nonnunquam intenſo colore rubent, et illi primi ſunt, quos planta florere incipiens producit; interdum languidiore et quodammodo pallente colore mediis foliis ad phoeniceum tendentibus, qualis fere in Adonidis flore dicto cernitur: nimirum quando mediam aetatem ſuperans planta iam deficere incipit, et hirſutia illa in caule et foliis dilabi. Alioqui ſi quis uigentem plantam et flores primum producentem conſpiciat, deinde iam adultam et feneſcentem, ex florum colore, et caulis ramorum, foliorumque hirſutie, uel glabritie, facile is diuerſas eſſe ſtirpes ſibi perſuadeat.

HESPERIS montana, pallida, odoratiſſima. Aliis Heſperis obſoleti coloris, Heſperis melancholica, Heſperis Pannonica, Heſperis noctu olens, Viola matronalis, flore obſoleto. Germ. Die graue Nacht-Viole. Perenn.

In oblongis extremorum ramorum pedunculis inſident flores, Heſperidis petalis ſimiles, non explicati tamen, ſed contorquentes ſeſe, coloris admodum inelegantis atque obſoleti, hoc eſt, pallidi, et furui, infinitis uenulis ex atro purpureis ſingula petala intercurſantibus, odore interdiu nullo, aut adeo tenui, ut uix naribus percipi poſſit; ſub ueſperam interim gratiſſimo atque ſuauiſſimo. Vnde ita Stiſſerus. Wiewohl dieſe Blume von keinen ſonderlichen Anſehen / ſo giebet dennoch ſelbige des Nachts einen gar lieblichen Geruch. Addens quaedam de cultura eius memorabilia, pergit: Wird zu anfangs aus Saamen gezogen / welchen man im Monat April. bey wachſendem Lichte in eine lockere / etwas ſandigte Erde ſäet / giebet aber das andere Jahr erſtlich ſeine Blumen auch bey guten warmen Sommern reiffen Saamen / liebet einen warmen ſonnigten Orth / iſt mit mäßiger Feuchtigkeit zu frieden / bleibet den Winter über im Lande / und dauret etliche Jahr.

KEYRI Batauum, fl. flauo. Male Leucoium Batauum. Perenn. Germ. Holländiſche gelbe Violen.

Plerique Botanicorum Leucoii uoce abutuntur, eam plantis tribuentes, quibus non conuenit. Ipſe Raius hic lapſus, aſſerens Leucoium duplex eſſe, aliud bulboſum, aliud fruticoſum. Aliter enim longe ſentiendum, iſtique plantae, quae a floris candore Leucoii nomen accepit, et Raii Leucoium bulboſum eſt, Leucoii notio unice relinquenda; plantae ſcil. florem regularem monopetalon habenti, cuius ſemen latet intra pericarpium tricapſulare, quamque Germ. Schnee-Tropffen / oder Schnee-Glöckgen / appellant: Leucoium autem ſic dictum fruticoſum potius Keyri eſt appellandum, eiusque cum uariae admodum ſint ſpecies, diſtinctionis cauſa admitti poteſt *omnino* Character quem Raius poſuit, ui cuius Keyri, quod folia habet incana, dicatur Keyri incanum, quod uiridia, uocetur Keyri folio uiridi, ad quod genus et Keyri Batauum referendum eſt noſtrum. Minime tamen concedere poſſumus tertiam Keyri ſeriem, quam Raius conſtituit, nempe Keyri lutei eo, quod fundamentum diuerſitatis non a folio, ſed florum colore, deſumit. Quare Keyri ſic dictum luteum, pro foliorum diuerſitate, uel ad Keyri incanum, uel ad Keyri uiride, pertinere pronunciamus.

Semine latente intra pericarpium bicapſulare breuius.

THLASPI aruenſe, ſpicatum, Drabae folio. Germ. Groß Bauren-Senff. Indig.

Thlaſpi a uerbo Graeco θλάω, premo, conquaſſo dicitur, quod fructum habeat planum, et quaſi compreſſum ac contuſum. Atque hoc quidem nomen non uni plantarum generi, ſed uario, eſt impoſitum, unde mira herbarum confuſio. Id quod intelliges, ubi fundamenti loco poſueris Thlaſpi genuinum gaudere flore regulari tetrapetalo, et ſemine plurimo, latente intra pericarpium bicapſulare breuius. Sic uero illud Thlaſpi, cuius petala florum exteriora duo, duobus interioribus plus duplo maiora ſunt, cuiusque capſulae ſeminales bina ſolum ſemina, imo hinc inde tantum unum continent, ad uerum Thlaſpi non pertinebit. A quo ne Raius quidem id ſatis abunde diſtinxit, qui diſtinctionis gratia Thlaſpi umbellatum dicendum putauit. Accuratior longe Riuinus, qui quod uide-

uiderit ſub eodem genere tolerari ſimul regulares et irregulares flores nullatenus poſſe, Thlaſpi notionem plane reiecit: Attamen cum aliquam affinitatem cum uero Thlaſpi habere uideretur, amarum praeſertim, cuius capſulae plura minuta ſemina inſtar Thlaſpi genuini continent, conuenientisſimum credidit, huic plantae Thlaſpidi nomen proprium facere, quod iam olim Hieron. Tragus Thlaſpidio amaro foliis Iberidis opportune tribuit. Hinc uero et male ad Thlaſpi refertur ſic dictum Thlaſpi incanum ſeu Thlaſpi Alyſſon, dictum ab α priuatiuo et λύσσα rabies, quod demorſos a cane rabido mirifice iuuat. Nam quod ad Galeni attinet Alyſſon, gaudet hoc flore irregulari monopetalo, eſtque Marrubio perquam ſimile, unde id non incongrue ad Marrubiaſtra retulit Cl. Riuinus. Sed et Alyſſon Dioſcoridis et Plinii, quod communiter Thlaſpi incanum, item clypeatum, Germ. Schildbeſen-Kraut/ appellatum, itidem a genuino Thlaſpi differt. Illius enim membrana cellulas diſſepiens, ut eleganter aduertit ſolertisſimus Cnauthius, ad latitudinem capſulae parallela eſt; cum huius membrana ad latitudinem ſiliquae transuerſa, ſeu perpendicularis reperiatur. Porro et a genuino Thlaſpi ex Raii mente haud parum differt ſic dictum Thlaſpi, ſeu Leucoium biſcutatum, quod ſemine compreſſo rotundo ad Leucoia accedat, indeque Leucoium ſiliculatum ſeu biſcutatum, Schild-Veyel/ dici poſsit, qua de re alibi. Tandem uero nec illud praetereundum, Thlaſpi fatuum, quod uocant, a Thlaſpi genuino non ſapore ſolum, ſed et pericarpio bicaſpulari, burſam aemulante, ſeſe diſtinguere, unde et iam olim Burſam paſtoris dixerunt. Quemadmodum nec Scorodothlaſpi, quod rectius Alliaria dicitur, ad Thlaſpi bene refertur, quoniam inter ſiliquas, ut reliquam plantae faciem praeteream, notabilis eſt differentia, qua Alliariae pericarpium bicapſulare longius a Thlaſpi pericarpio bicapſulari breuiore ſeſe ſeparat. At dixeris, inanes haec omnia eſſe ſubtilitates, quae parum ſpirent utilitatis: ſed noſſe debes, in tam immenſis herbarum campis eum, qui errare nolit, non poſſe ſatis unquam ordinis eſſe amantem: quid, quod ea, quae ipſis uiribus ſeparata uoluit rerum conditor, iure diſtinguas optimo, ſi praeſertim et notis characteriſticis non conueniant, quod Alliariae, Thlaſpi et Burſae exemplis demonſtratum dedimus. Vnde et iure reprehendi poſſe exiſtimamus S. R. Acxtelmeierum, ita in Botanicos noſtrorum temporum calamum ſtringentem: Denen Kräutern Leuchel/ oder Alliariae und Thlaſpi, gebe ich zum Sinn-Spruch: Sit utcunque: Laſſe es bey einem gleichen bleiben.

ben. Dieser Gedancken entspriesset mir daher / daß viele Leute gefunden werden / die alles tadeln und verbessern wollen / die Flöhe husten hören / und denselben Steltzen machen. Diese zwey Kräuter / welche einen Unterscheid machen an der Gestalt / an Tugend aber wenig von einander stehen / ereignen unter den Gelehrten viel Untersuchens / wegen Ursprung des Nahmens und Geschlechts / indeme einige sie unter diese / andere unter eine andere Gattung setzen / welches alles eine unnöthige Phantasie ist / dieweil deren Krafft und Tugend / so wohl zu der Artzney bekandt sind / so lasse man sie Thlaspi und Leuchel bleiben / und bekümmere sich nicht weiter. Denn zu viel weise ist Thorheit / eben als wenn wegen des Fliegen-Flußes / oder von dem Esels-Schatten gedisputiret wird. Aus zu vieler Weißheit entspringt die Thorheit / darum ist das beste / daß man den Mittel-Weg halte / und bey den Leuten bleibe. Num rectius de iuris sententia sententiarum subtilitatibus, quando sequentia subiunxit, Iurisconsulti iudicent. Je mehr Gesetze / pergit, ie weniger Recht / pflegt man zu sagen / damit wir auch von Welt-Sachen zu reden kommen. Viel Gebote / wenig guter Wercke. Ciancerie paccarachi. Viel Geschwätzer / zerbrochene Töpfe / spricht der Italiäner. Im Rechten werden offt viel dicentes gemacht / die so viel Essenz und Wesentliches in sich halten / als wann einer solte den Peltz waschen und nicht netzen; Daher bedarff das Recht gar offt Hülffe. Treulich und ohngefährlich ist das beste / wie man alle Eyde schweret: Anerwegen es unmöglich ist / ein so steiff und vollkommen Gesatz zu machen / welches ohne alle Ausnehmung zu allen Fällen diene / so wenig als eine Artzney für iedermann mag bequem gemachet werden / oder ein Koch zu eines ieden Geschmack kochen / nemlich / daß eine Speise allen gleich gut schmecke. Will man aber allweg in Ansehen der Umstände / Ursachen / wie auch die gehabte Meynung des Gesetzgebers nach den Inhalt und Buchstaben erzwingen / so wird zuweilen aus dem zu viel Recht ein Unrecht. Dahero haben die billichen Rechts-Gelehrten sich diese preißwürdige Reflexion zu Gemüth gelegt; daß in allen Dingen / so das Recht / und die Gesätze / angehen / die Billichkeit zu erwegen sey / die sie Aequitatem nennen. Cato giebt solches negatiue zu erkennen / wenn er bey dem Liuio spricht: daß schwerlich ein so gut Gesetz möge verordnet werden / welches durch allzugrosse Strenghaltung nicht könne wider Recht handeln; Derowegen sollen alle geschriebene Gesätze ihre Auslegung und Extension von der Billichkeit / die aller Gesätze Mutter und Meisterin ist / empfangen / als welche rechte Maaß / Ziel und Gewicht austheilet. So hat sie auch den Vorzug im Alter-

thum / dieweilen sie von GOtt eingesetzt ist worden / und aus den Himmel stammet. Aus ihr ist nachmahls das geschriebene Recht entsprungen. In den ersten Welt-Zeiten / als noch kein geschrieben Gesetz war / da wurden die Leute ad aequum zur Billigkeit / die ihren Sitz in der höchsten Vernunfft hat / gewiesen. Christus der HErr / hat dieses selber / seine Apostel aber nach ihme / mit wenigen Worten gelehret. Man solle den Nechsten lieben / als sich selbst; Und wiederum: Quod tibi fieri non uis, alteri ne feceris. Was du nicht gern hast / daß es dir geschehen solle / solches sollst du auch einem andern nicht thun. Aus vorangelegten erhellet / daß ein Regent und Richter weiser und verständiger seyn sollen / als alle geschriebene Gesätze und Rechten. Dessen haben wir ein Durchlauchtig Exempel an Käyser Carl dem Grossen / durch dessen höchstvernünfftig / zwischen einem Edelmann und armes Weib / gesprochen Urtheil. Dieser Edelmann hatte den armen Mann umbringen lassen / hernach das Weib geschändet / worüber des Käysers Ausspruch den Edelmann zwang das Weib zu ehelichen / und ihr alle seine Güter zu verschreiben. Ein solches Gesätz wird in den Büchern nicht gefunden / hat aber den Grund in der Billichkeit / und der Vernunfft / welche der Brunnen aller Gesätze und Rechten sind / die von der Vernunfft müssen beherrschet werden: Darum sey du wie Salomon Eccles. VII. rathet / nicht zuviel fromm / oder weise / bleibe bey den Leuten / das ist / bey der Vernunfft / daß nicht zuviel Recht / Unrecht werde. Trachte auch allezeit nach den Kern und Wesen der Dinge / und bemühe dich nicht mit vielen Kopfbrechen / um die Hülsen.

Semine latente intra pericarpium quadricapsulare.

PHILADELPHVS, fl. albo. Male Syringa alba Italica, Iasminum Germanicum. Germ. Wilder Jaßmin. Perenn.

Valde elegans hic est frutex, multis ab radice longis uirgis praeditus, rectis, cinereo cortice tectis, digitalis aut maioris crassitudinis, quae tandem bracchialis interdum euadit, nodosis et quodammodo geniculatis, multam medullam in se continentibus: hae demum in multos tenellos uirides ramos sparguntur, quos ex interuallis bina semper folia, contrario pediculorum exortu nascentia, exornant, Laurinis maiora, oblonga, per extremum mucronata, rugosa, uiridia, in ambitu

ambitu crenata, amariuſculi, primum deguſtantibus, ſaporis, deinde acris. Flores extremis ramulis inſident, terni, quini, ſepteni, nonnunquam plures, bini ſemper inter ſe oppoſiti, extremo impare: conſtant ii quatuor foliis acuminatis, albis, numeroſis fibris, pallidis, mediam floris cauitatem et umbilicum occupantibus: odor iucunde grauis, qualis in aureorum malorum et citriorum floribus. His ſuccedunt capitula e multis quaſi ualuulis compacta ſuperne obtuſa, primum uiridia, deinde per maturitatem nigricantia, quibus dehiſcentibus oblongiuſculum et tenue ſemen excidit, quod plerumque nouellam plantam procreat: naſcitur etiam auulſione, et ſtolonibus radices ſpargentibus mire ſe propagat. Flores Iunio, ſemen Auguſto maturum eſt. Locus natalis nos latet: in regionibus tam frigidis quam calidis ſatis laete uiget; utriusque ut uidetur extremi patiens, et culturam libenter admittens. Vtuntur floribus recentibus, ſaepius mutatis, ad ſuauem odorem chirothecis communicandum.

Plantae gaudentes flore perfecto, ſimplici, regulari, pentapetalo, Semine nudo plurimo.

RANVNCVLVS echinatus Creticus, ſtellatus echinatus Creticus, Creticus echinatus latifolius, fl. pallide luteo. Germ. Geſtirnter Hahnen-Fuß.

Ranunculus a Ranis dicitur, quod ranarum more humidis limitibus, opacisque marginibus laetatur, quodque ranae inter eius frutices frequenter inueniuntur. Eſt uero Ranunculorum maximum agmen, idemque ſatis confuſum, nec in ordines repoſitum. Conſtituerunt equidem quasdam Ranunculorum claſſes Tournefortius et Raius: ille etenim Ranunculos in Anemones facie, folio ſubrotundo, Aſiaticos, leptophyllos, Aconiti uel Geranii facie, trichophyllos, et folio oblongo, diſpeſcit; hic in pratenſes et aruenſes, nemoroſos, echinatos, paluſtres et aquaticos, ſeminibus non echinatis ſeu lappaceis, foliis gramineis, montanos, uel floris colore uel figura foliorum a reliquis generibus diuerſos, ac denique granoſa aut tuberoſa radice gaudentes diuidit. Aſt diſplicet uterque, quod nec floris, ſeminisque diuerſitatem ſatis reſpicit,

nec unam aliquam plantae partem aut unum accidens, secunduu quod ranunculi disponantur, fundamenti loco ponit.

Semine latente intra pericarpium membranaceum unicapsulare.

AMARANTHVS monospermos. Aliis maximus, uulgaris, paniculis sparsis, floribus obsoleti coloris, semine albo. Male Blitum maximum. Germ. Fuchs-Schwantz.

AMARANTHVS monospermos maior, paulo humilior, dilutiore panicula.

AMARANTHVS polyspermos, sericeus, cristatus, rubicundissimo flore.

AMARANTHVS polyspermos, sericeus, panicula multiplici ex fusco purpurascente.

AMARANTHVS polyspermos, sericeus, panicula multiplici pallide purpurascente.

AMARANTHVS polyspermos, sericeus, panicula conglomerata maiore, puniceo colore splendida.

AMARANTHVS polyspermos, sericeus, panicula incurua, speciosa, cristata.

AMARANTHVS polyspermos, sericeus, paniculis flaueſcentibus.

AMARANTHVS polyspermos, sericeus, paniculis luteo-pallidis.

AMARANTHVS polyspermos, sericeus, spicatus, flore persico. Germ. Amaranth / Sammet-Blumen / Tausendschön / Hahnen-Kamm / Floramor. Omnes annui.

Amaranthus, quasi flos non marcescens ab α priuatiuo, μαραίνω, marcesco, et ἄνθος flos; ut mirer, Raium contendere, quod Amaranthus male per th. scribatur. Merito autem ita appellatus, quoniam decerptus flos non statim marcescit, sed siccatus etiam coloris gratiam diutissime retinet, unde

iam

iam olim Plinius: Mirum, poſtquam defecere cuncti flores, madefactus aqua reuiuiſcit, et hybernas coronas facit. Ceterum, qui Amaranthum a Blito diſtinguere neſciunt, ſciant, Blito eſſe florem imperfectum; Amarantho uero florem perfectum, et quidem regularem. Addo, quod differat praeterea Amaranthus a Blito coma ſpecioſa et immarceſcibili; quin et ſemine. Nam Amarantho fructus ſeu teſta eſt fere globoſa, uel ouata, quae per maturitatem transuerſim ſeu horizontaliter rumpitur ad modum Portulacae uel Anagallidis terreſtris, ſemine foeta utplurimum ſubrotundo: at Bliti piſtillum abit in ſemen plerumque oblongum, in capſula, ueſicae aemula, quae calix floris *fuerat*, reconditum. Succedat, quae inter ipſos Amaranthos notatur differentia. Sunt enim duo Amaranthorum genera, quorum primum in uaſculo ouali claudit ſemen unicum orbiculatum, lucidum, alterum in conſimili uaſculo ſemina plurima aſſeruat priori paria: iſtud maius ac elatius eſt, ſpicis aſperioribus et longioribus, minus lucidis et ſplendentibus; hoc minus et humilius, ſpicis mollioribus ac breuioribus, ſericique inſtar ſplendentibus. Inde uero enata Amaranthi epitheta, ut alius monoſpermos, itemque maximus, et maior, alius polyſpermos, itemque minor, humilis atque ſericeus dictus a nobis fuerit. Quod interim ad differentias reliquas Amaranthorum ſpectat, dum alius dicitur caudatus, alius criſtatus, alius ſpicatus, putarim caudatum a ſpicato tantum differre ſpica longiore, criſtatum *deberi naturae luſui a cultura inprimis pendenti*, cum noſtra ſententia quilibet Amaranthus ſpicatus ſericeus facile in criſtam abeat. De reliquo, quae differentia comam intercedat et florem Amaranthorum, conſulatur Raius, cuius ſunt uerba: Coma quam dixi, quamuis in multis ſpeciebus, poſterioris praeſertim generis, pulcherrime colarata ſit, et uel ſericum ipſum nitore prouocet, conſiſtentia tamen minus tenera eſt, magisque exſucca, quam florum petala, unde diutius durat, nec ita ſubito marceſcit, aut colorem mutat.

AMARANTHVS tricolor, Amaranthus folio uariegato. Aliis Symphonia, Blitum maculoſum, Germ. Papagoyen-Federn / Papagoyen-Kraut / dreyfärbigter Amaranth. Ann.

Coloris uarietas non in floribus, qui fere perfecti nulli, uel ſaltim herbacei ſunt, quaerenda; ſed in foliis, alternatim uiridi, rubro et flaui colore pictis, ſic ut in ſingulis foliis

liis adultis et perfectis ea coloris uarietas, quae Psittaci plumas refert, iucundisſimum intuentibus praebeat ſpectaculum. Variat uero etiam color: nam in alio hilarior deprehenditur quem foeminam, in altero obſcurior, quem marem, nominant.

CARYOPHYLLVS barbatus: aut, ſi mauis Armeria. Germ. Carthäuſer-Nelcken.

Haud adeo male Caryophyllus diſtinguitur in Caryophyllum calice non barbato, ſed ad baſin ſquamis breuibus cincto, quem caryophyllum κατ' ἐξοχὴν dixeris, et calice foliis oblongis ſepto, ſeu barbato, quem diſtinctionis gratia cum aliis Armeriam appellaueris. Sed diſtinctio caryophylli in anguſtifolium et latifolium diſplicet, cum barbatus ipſe ſit uel latifolius, uel anguſtifolius. Ille enim barbatus, qui petalis eſt duplo ampliori-bus uulgari, et quem ſub nomine Caryophylli Capitis Bonae ſpei accepimus, eſt anguſtifolius, licet reliquae ſpecies caryophylli barbati fere omnes ſint latiofoliae. Armerias autem inter complures, quas hortus noſter alit, illas perelegantisſimas habeo, quarum flos eſt plenus, et quarum color maculis eſt conſperſus, item quae oras habent aliter coloratas, atque interiora floris tincta ſuut. Vocatur etiam Caryophyllus Carthuſianorum, Germ. Carthäuſer-Nelcke. Ceterum Caryophylli nomen ſuum inde adepti ſunt, quod partim odore ſuo caryophyllum aromaticum referant, partim aliquam ſimilitudinem habeant flore expanſo, atque calice cum Caryophyllo aromatico. Flos Caryophylli a multis quoque Betonica coronaria dicitur, unde et forſan receptum in officinis florum Tunicae nomen deriuandum, facta aphaereſi. Ego uero hic una cum Raio ſentio, ueteres per Betonicam uel Vettonicam, a Vettonibus, Hiſpaniae populo, ſic dictam longe aliud quid intellexiſſe, ipſisque caryophyllum noſtrum incognitum fuiſſe. Si enim flos tam eximiae pulchritudinis et fragrantiae, qualis eſt Caryophyllus altilis et hortenſis, ipſis innotuiſſet, procul dubio non minoribus encomiis eum celebraſſent, quam Roſam ipſam, cui odore quidem aequiparandus eſt, uenuſtate et durabilitate etiam praeferendus caryophyllus.

LYCHNIS hirſuta. Aliis Lychnis Chalcedonica. Male Flos Conſtantinopolitanus. Germ. Zinnober-Röſslein.

LYCHNIS

LYCHNIS hirſuta maior, fl. coccineo ſimpl.
LYCHNIS hirſuta maior, fl. coccineo, pleno.
LYCHNIS hirſuta maior, fl. incarnato.
LYCHNIS fruteſcens, folio Myrthi, fl. carneo.
LYCHNIS Luſitanica picta.
LYCHNIS coronaria ſatiua, fl. ruberrimo ſiue coccineo ſimpl. Germ. Marien-Röſßlein.
LYCHNIS coronaria, fl. coccineo, pleno.

Quam uariae plantae Lychnidibus, ſed immerito, annumerentur, uel in uulgus notum eſt, praeſertim quod ad Caryophyllos attinet. Vt itaque Lychnidem ab omnibus aliis, in *primis* Caryophyllo diſtinguere poſſis, obſerues uelim, praecipuam diſtinctionis notam a ſeminum figura deſumendam eſſe. Sunt ſcilicet Caryophyllo ſemina plana, ſeu compreſſa, rugoſa, uelut foliacea: Lychnidi autem non lata, nec compreſſa, ſed turgidiora, ſubrotunda, uel angulata, interdum etiam reniformia. Adhaec Lychnidis petala plerumque ſunt cordiformia, aut bifida: caryophylli uero petala ad exortum anguſta, ſumma parte ualde lata, extimo margine multum inciſa et laciniata ſunt. Porro cuilibet Lychnidis petalo adnata ſunt interius duo uel tria foliola, quae, petalis iunctim in orbem diſpoſitis, coronam efformant, medium florem occupantem, id quod in Caryophyllo plane non occurrit. Vlterius Lychnidis calix ſtriatus plerumque eſt ac tumidior, atque ſimplex, ad exortum ſquamatus: caryophylli calix oblongus, cylindraceus, laeuis, margine ſummo dentato, ad exortum ſquamatus, adeoque calix ueluti geminus. Tandem Lychnidis fructus utplurimum deſinit in conum: Caryophylli in cylindrum abit. Addere liceat, quae occaſione Lychnidis coronariae, flore pleno, affert Henr. Heſſe, de modo flores ſimplices in flores plenos commutandi, quae iis forſan non diſplicebunt, qui Lunae ſiderumque influxui hic multum tribuunt. Ille uero modus ita ſeſe habet; Wenn man will gefüllete Blumen von Saamen erziehen / ſo ſoll man etliche Stöcke erwehlen von den einfachen / und ſolche in Kaſten pflantzen / die andern aber alle abnehmen / wie an dem Leucoio. Solcher Saamen / wenn er recht zeitig iſt / ſoll man wieder in dem vollen Mond abnehmen / und in oder mit dem vollen Mond / im Frühling oder Zwilling / Löwen oder andern guten Zeichen / als den Steinbock ſäen und warten: Weun die Pflantzen erwachſen ſind /

sind / so soll man sie wieder in ein gut Land im vollen Mond / im Löwen oder Stier verpflantzen / und dann wieder stehen lassen / so werden den Sommer gewiß etliche gefüllte Blumen herfür kommen / und auf solche Weise verfähret man mit den andern einfachen Saamen auch / so kan man gefüllte Blumen dadurch ohnfehlbar erziehen.

Semine latente intra pericarpium membranaceum tricapsulare.

MYRTVS minor uulgaris, folio acuto. Aliis Myrtus Tarentina. German. Welscher Myrthen-Baum.

MYRTVS, folio Rorismarini. Germ. Myrthen-Baum mit Roßmarien-Blättern.

MYRTVS angustifolia, Boeotica. Germ. Schmalblätterichter Myrthen-Baum aus Griechenland.

MYRTVS, caule rubente. Germ. Myrthen-Baum mit rothen Stengeln. Perenn.

Clusius itinere in Hispaniam, aliaque in loca multa Myrtorum obseruauit genera, nec dubitat, quin ex satione maior adhuc earum uarietas produci possit. Raius pro specie tantummodo distinctis agnoscit Myrtum communem Italicam, Myrtum Boeoticam latifoliam, et Myrtum Tarentinam dictam: de reliquis speciebus an distinctae sint, nec ne, admodum dubius. Myrtum de cetero Veneri sacram dictamque Camerarius ideo iudicat, quod multos praebeat usus in morbis muliebribus. Bellonius eo, quod maritimis locis gaudeant Myrti, hinc Veneri dicatas pronunciat, quippe quam Poetarum fabulae ex mari prognatam referant. Alii, quod odore suaui gaudeat Myrtus, in Venere uero concilianda odores et unguenta plurimum ualeant eam ob causam Veneri Myrtum consecratam esse uolunt. Illud certum, quod omnibus Myrtis insideant flores candidi, odorati, unde et aqua ex floribus Myrti destillata ob odoris suauitatem Myropolis plurimum expetitur. Folia quoque fragrantis sunt odoris, qui Caryophyllos aromaticos aemulatur, ex quo et illos decipi puto, qui hanc arborem, den Nelcken-Baum / appellant. Myrtis enim cum arbo-

re,

re, quae Caryophyllos profert aromaticos, parum uel nihil eſt commune; quippe a qua et flore, et fructu differunt. Ad hanc enim quod attinet, eam ſic deſcribit Valentinus. Der Nägel-Baum wächſet heut zu Tage meiſtens auf Amboina in Oſt-Indien / iſt wie ein Lorbeer-Baum / doch gröſſer / des Holtz ſich mit dem Burbaum / die Blätter aber mit den Lorbeer-Blättern vergleichen; Blühet erſtlich weiß / darnach grün und zuletzt roth; und ob gleich die Blüthe von dem Regen offt verdorben wird / ſo erhohlet ſich doch der Baum auf folgenden Sonnenſchein / und bekommet andere Blüthe / dadurch er ſeine Früchte erlanget / deren in den Spitzen zu 10. und 20. bey einander ſitzen / und ſo dick ſtecken / daß / wann das Jahr gut / welches faſt alle Jahr geſchiehet / mancher Baum 2. Baren, deren jede 625. Pfund hält / tragen kan. Und weilen die Holländer mit dieſen Handel ein groſſes gewinnen / ſo laſſen ſie keine andere Nation dazu: Deßwegen ſie alle Bäume auf den Molucciſchen Inſuln / abſonderlich Ternaten, wo ſonſten die Näglein häuffig und allein von ſich ſelbſten gewachſen / ausgerottet / und in die Inſul Amboina gepflantzet haben / weilen ſie die andere Nationes hier beſſer zwingen können. Die Näglein ſelbſten ſind erſtlich weißlicht-grün / nachmahlen röthlicht / welche alſo / ehe ſie reiff und braun werden / von den Inſulairen mit Röhren abgeſchmißen / und in der Sonnen gedörret werden / weilen in Anſehung ihres flüchtigen Saltzes die Kräffte an den zeitigen vergehen / und dieſe bey weiten nicht ſo ſcharff und kräfftig ſind / wie die gemeine Würtz-Näglein: Werden vom Anfang oder Mittel des Septembr. biß auf den Febr. geſammlet. Wann ſie ihnen die ſchwartze couleur geben / ſollen ſie geräuchert werden / wie Rumphius in ſeinem Brief an D. Mentzeln ſchreibet. Sind alſo die gemeinen Würtzen-Nelcken oder Caryophylli aromatici, nichts anders als ein länglichter Anfang oder Satz der Frucht eines Baums / wie ein Nagel formiret / welcher oben 4. Spitzlein und in deren Mitte einen runden Knopf oder zugeſchloſſene Blüthe hat / unten aus aber zugeſpitzet / zuſammen gedrucket / und etwas runtzlicht iſt: Myrti autem arbores bacciferae ſunt, dum calix floris abit in baccam oliuaeformem, coronatam, in tria loculamenta diuiſam, ſeminibusque foetam, utplurimum reniformibus. De quibus baccis cum multa egregie tradat laudatus modo Valentinus, quaedam denuo ex eodem huc apponi merentur, quae ſunt: Die Welſche Heydel-Beeren / oder Baccae Myrti Italicae, ſind ſchwartze länglichte Beeren / haben oben ein Körnlein wie andere Beeren / und ſind voll weiſſer / harten und gleichſam zuſammen gedruckten Körner / welche wie ein halber Mond / deſſen Spitzen ein-

warts gebogen / formiret / und eines sehr herben und zusammenziehenden Geschmacks sind : Werden insgemein von den Apothecken auch / wie unsere Heydel-Beeren Myrtilli, genennet / welches einigen sonst gelehrten Medicis und Materialisten Anlaß gegeben / daß sie entwedet wanckelmüthig worden / oder gar behaupten dürffen / die Myrten-Beerlein in den Apothecken wären nichts anders / als gemeine Heydel-Beern / wie solches der sonsten sehr artige Materialist zu Paris / Monsr. Pomet mit seinem eigenen Exempel bezeuget / welcher im ersten Theil seiner Material-Historie, und zwar recht / gezeiget hatte / daß die Myrten-Beerlein von dem Italiänischen Myrto, wie er von Monsr. Charras gehöret hatte / herrühreten ; Nachmahlen aber in Appendice selbst sich unnöthiger Weise corrigiret / und auf Verdung des Herrn Tourneforts behaupten will / daß die Baccae Myrthi der Apothecker nichts anders als der teutschen Heydel-Beeren / oder Baccae Vitis Idaeae seyn ; Worinnen er sich mächtig verhauen / indem unsere Heydel-Beeren nicht halb so groß / keine Krone oben haben / rund / und nicht länglich sind / sehr kleine runde Körnlein haben ꝛc. und hätte er also hierinnen eher dem Charras, als einem Apothecker / dann Monsr. Tournefort glauben sollen / indem einem jeden Künstler in seiner Kunst zu glauben ist. Ceterum e uariis Myrtorum generibus usitatior est Myrtus, quae dicitur, Tarentina, Caspari Bauhino Myrtus minor uulgaris : cui tamen etiam in Pharmacopolio substitui potest Myrtus foliis minimis, et mucronatis, Dodonaei Myrtus angustifolia.

HELIANTHEMVM fl. pallide luteo. Male Cistus annuus Clus. folio rotundiore. Germ. Cisten-Stäudlein / welches alle Jahr vom Saamen muß ausgebracht werden.

Castellani hoc Helianthemum uocant Turmeram, autore Clusio, id est Tuberariam, forsan, quod ubi haec nascitur, tubera, quae illi Turmas dicunt, crescant. Vocatur autem male Cistus, quia non est quinquecapsulare.

Semine latente intra pericarpium succulentum.

HEDERA quinquefolia Canadensis, seu Virginiana, Male Vitis quinquefolia. Germ. Frembder Epheu mit 5. Blättern. Perenn.

Habet

Habet equidem lignum ſarmentoſum, geniculis articulatum, Vitis more medulloſum, et cute obducitur laeui, ſimili nouellae uitis palmiti; quin et flore, teſte Palmerio, cum uite conuenit. Verum, cum flore ſuo, etiam ad hederam accedat, fructu autem, baccae hederaceae perquam ſimili, ad quem ſemper una cum flore reſpiciendum, a uite multum differat, tamdiu hederis hoc uegitabile annumeremus, donec oſtenſum fuerit a Plukenetio, fructum eſſe capſularem, multa minuta ſemina gerentem. Nos enim fructum nondum uidimus. De frutice uero conſtat, eius amplitudinem tantam eſſe, quanta eſt parietis aut arboris, quibus, uelut adminiculis, ſuſtinetur. Ex aduerſa foliorum parte adnaſcuntur hinc inde clauiculi, qui in plures fibras criſpas ſparguntur, quarum extremitates limoſiore callo teguntur. His uelut manibus proxima quaeque comprehendit, et parietum aſperitatibus illaqueat ſeſe, quos tam iucundo ſpectaculo obueſtit, ut ad topiarium opus nihil commodius natura produxiſſe uideatur. Nec enim ruinam infert aedificiis, ut Hedera noſtras, quam ideo a domibus procul arcent, qui earum diuturnitati conſulunt. Haud adeo uulgarium hortulanorum more de hac hedera ſentit Henricus Heſſe, cum ita ſcribit. Diß iſt ein Reben-Gewächs / ſo vor wenig Jahren erſtlich aus der Landſchafft Virginia in Holland überbracht worden. Iſt ein Geſchlecht des Weinſtocks / aber nicht wegen der Trauben / ſondern wegen der Geſtalt. Es wird im Frühling an die Mittags-Mauer gepflantzet / wie ein Weinſtock / und alſo aufgebunden / und ausgebreitet / ſo dann ein ziemlich Anſehen der Wand und dem Garten giebt / und ſtehen allemahl 5. Blätter beyſammen / ſo ziemlich groß / wie das Laub am Epheu / aber gröſſer; Die Frucht ſo es bringt / ſind kleine Beeren in Trauben-Geſtalt. Man kan es auch an Stangen in die Garten-Betten pflantzen und auffführen / wie das Periploca, ſo denn auch nicht unzierlich in einem Garten ſtehet. Wegen der fünff Blätter wird es auch genennet Vitis quinquefolia, und wird durch Einlegung der Rancken fortgepflantzet.

HEDERA, foliis ex albo et uiridi colore uariegatis.
Germ. Verſilberter Epheu.

Commendat ſeſe hoc hederae genus foliis, quorum elegantiſſima pictura non poteſt non aſpectanti perquam grata eſſe.

ROSA moſchata minor, fl. albo ſimplici. Germ. Kleine Muſcus- oder Biſam-Rößgen.

Quoniam ſaepe decipiunt Hortulani, dum fruticem Roſae albae uulgaris, pro Moſchata emptoribus obtrudunt, e re erit habitum totius fruticis deſcripſiſſe. Scilicet, ut Raius illam delineat, magnos habet ſtolones, rectos, craſſos, ſtatim a radice prodeuntes, decem interdum aut duodecim pedes altos, in quibus ſpinae rarae, interdum, a trunco rubrae, ac robuſtae. Rami tactu eſſent laeues, niſi interdum ſpinae interuenirent, in quo quiddam habent commune cum Roſis albis ſatiuis, ac differunt ab Incarnatis uulgo dictis, quarum rami undique ualde ſpinoſi. Folia ſatis rara, quae non multum differunt a Roſis albis er incarnatis, niſi quod minus rugoſa et magis acuta, glabra, ſuperne cum uiriditate, inferne albidiora, cum pilis uix apparentibus, in circuitu ſerrata, quae ut plurimum habent ſeptem foliola, interdum nouem maiori ex parte ſibi inuicem oppoſita. In foliorum pediculis parte inferna ſpinae ualde aduncae. Rami extremi diuiſi in alios minores, qui quadam quaſi lanugine obduncuntur, et rubent. Pauca habent folia, abundantque multis floribus ſimul cohaerentibus, qui prius, quam ſe expandant, longa apparent capitula, mollia et hirſuta. Apertae roſae uix diem durant, et mediocris ſunt magnitudinis: albae habent nonnunquam ungues rubentes, qui lutei ſunt, antequam expanduntur, pentapetalae. Apices lutei, foliolis decidentibus, nigreſcunt, relicto in medio uno magno hirſuto, clauam aliquatenus exprimente. Odor cum ſuauitate inſignis, moſchum proxime referens: ſapor amarus, adſtrictionis non magnae particeps, aliquam acrimoniam in faucibus relinquens. De loco natali certo non conſtat. Frequens in hortis colitur. Frigoris uehementioris impatiens eſt: unde colligitur, calidiorem aliquam regionem eius parentem eſſe. Vix alia re, niſi colore, ab hac differre uidetur Roſa Arabica fl. ſimplici, purpureo-albo, de qua ita Heſſius. Dieſe Roſe iſt vor weniger Zeit aus dem Reich Arabien kommen/ ſie ſtehet gar ſchön/ wenn ſie blühet/ riecht wohl/ und iſt nur Schade/ daß ſie nicht voll und beſtändig iſt. Denn die Blume fällt in 2. oder 3. Tagen ab/ worgegen zwar andere wieder aufblühen/ welches aber über 14. Tage kaum währet.

Plan-

Plantae, gaudentes flore perfecto, ſimplici, regulari, hexapetalo,

Semine latente intra pericarpium membranaceum tricapſulare.

MARTAGON fl. coccineo.
MARTAGON fl. albo. Germ. Türckiſcher Bund.

Quam inepte dicatur Lilium cruentum, doceat Te Martagon fl. flauo, quod in horto Vitenbergenſi recenſuimus; et Martagon fl. albo, quod iam memoramus. Eius de uarietate egregie differit Henr. Heſſe, cuius uerba ideo huc apponere placet: modo obſeruaueris differentiam, quam conſtituit ille, inter Martagon uerum, et Martagon montanum, non eſſentialem, ſed tantum accidentalem eſſe. Ita autem ille: Dieſer Art Lilien und Blumen / hat man unterſchiedliche Sorten / als erſtlich Martagon montanum, die gemeinen / ſo man in den Wäldern und Gebürgen antrifft / mit hohen Stengeln und vielen Purpur / auch weiſſen gepunctirten Blumen: der weiſſen aber findet man nicht ſo viel als der purpur oder braunen / und werden die weiſſen deswegen gar rar gehalten / und wegen der ſchönen Blumen und Anſehen gemeiniglich in die Luſt-Gärten gepflantzet / haben alle gelbe / ſchuppichte / dicht in einander geſetzte Wurtzeln / und etwas ſpitzige gantz ſchmale Blätter / und ſind deswegen von dem rechten Martagon wohl zu unterſcheiden: haben eine platte ſchuppichte Zwiebel / wie die Feuer-Lilie an der Geſtalt / doch gelber Farbe / auch werden dieſe von den wilden / was die Blumen anbetrifft / unterſchieden / weil die rechte Martagon mit ſolchen hohen Stengel / als die wilde / auch nicht ſo viele Blumen / ſondern etwa 2. oder 3. ſo theils Oranien-Farbe / theils hoch Zinnober / theils weiß-gelber Farbe / gantz krum an den Blättern gebeuget / und inwendig einen Zug ſo ſchön hochfärbig iſt / ausbringet / und in allen wie die Türckiſche Bunde in Geſtalt formiret / das Laub iſt gantz ſchmal / lichtgrün: Die Arten ſind unterſchiedlich / als Martagon Conſtantinopol. fl. albo, Martagon alb. et rubr. Martag. max. rubr. Martagon fl. ſangu. Martagon mont. rubr. Martagon fl. albo punctato, Lil. Byzant. Lil. cruentum polyanth. Lil. cruent.

cruent. proliferum. Es ist noch eine andere Art / so gar niedrig bleibet / wird genannt Lil. Chalcedonicum miniatum fl. lut. noch eine Art / genannt Martag. mont. angustifolium, mit Schweffelgelben gepunctirten Blumen / auch gantz niedrig: noch eine Art / genannt Lil. Martagon alb. mit 3. oder 4. gantz weissen Blumen / so vor die allerbeste und rareste gehalten wird / weil sie sonderlich noch nicht bekannt ist.

LILIVM aureum, fl. igneo.

LILIVM aureum, fl. croceo.

LILIVM aureum, fl. purpureo. German. Feuer-Liljen.

Aliis appellatur Lilium Hemerocallis. Non possum uero, quin denuo laudati modo Hesii uerba huc apponam, utpote de cultura eius, et similium florum, uaria notatu digna continentia, talia inprimis, ex quibus discas, quomodo floribus uarii, iidemque noui colores sint conciliandi. Vocat ille Feuer-Lilien / weil ihre Blume Feuerfarbig / etliche auch Purpur- und Saffran-Farbe. Ihre Zwiebel ist weiß und rund / an Gestalt und Schuppen der weissen Lilien gantz ähnlich / doch daß die Schuppen gantz dicht in einander gesetzt seyn. Ihre Wartung ist mit den andern schuppigen Zwiebeln einerley / denn sie alle gute / mürbe / fette / dabey auch etwas kühle und feuchte Erde erfordern / und mittelmäßige Sonne wohl leiden können / werden gleich andern Zwiebel-Gewächsen etwa um Jacobi ausgenommen / welches alle 3. Jahr geschehen kan / alsdann die jungen Zwiebeln davon gethan / und solche in ein Betten allein gepflantzet / biß sie erwachsen / und hernach zu den Bulben die Blumen tragen / können gepflantzet werden / in medio Septembris, im wachsenden Lichte / auch wohl etwas später: nach der Jahres-Zeit kan man sie wieder einsetzen / in luckere Erde / mit kurtzen verfaulten Mist zugerichtet / etwa 5. Zoll tieff / und 1. Spanne weit von einander: so sie in einem Bette fein ordentlich zusammen stehen / sollen sie blühen gemeiniglich im Junio, wann die Tulipan und andre Zwiebel-Blüthe vorüber. Man hat auch eine Art / so den Saamen / oder gleich junge Bulben an dem Stengel oder Stielen bringen / solche / wenn sie abfallen / und ein wenig mit Erde bedecket / so bekommen sie gleich Wurtzeln / und werden mit der Zeit völlige Blumen daraus / oder / wenn man solche im September im zunehmenden Lichte ordentlich in gutes Erdreich gepflantzet / hat man in 4. Jahren Blumen davon zugewarten / und verändern sich offtmahls dadurch die Blumen in ihrer

ihrer Farbe: denn ich einsmahls gantz weisse Blumen auf einem Stiel bekommen habe / habe auch dadurch andere Arten als pur-braun / weiß-gelbe / hoch-gelbe mit weissen Strichen / auch einmahl hoch Zinnober-Farbe / gezogen. Sie bringen auch ihren natürlichen Saamen in den Knöpffen / wie die Tulipan / und ist / wann sich selbige aufthun / der Saamen zeitig / kan auch im Herbste mit andern Bulben-Saamen gesäet werden / und hat man ins fünffte oder sechste Jahr / nachdem er fleißig gewartet wird / unterschiedliche Arten Blumen darvon gewärtig / denn dadurch habe ich bekommen / eine weiß-gelbe mit rothen Feuerfarben Strichen / eine andere mit gelben Blumen und weissen Grund / auch Leib- und Zinnober-Farben Blumen / als sonst ordinair gebracht haben. Weil nun alle Zwiebel-Gewächse ihren Saamen bringen / als Crocus, Narcißen / Hyacinthen / Iris Persica, Colchicum, Gladiolus, und dergleichen mehr / als können solche alle gebührlich und wohl von ihren Saamen gezogen werden / wie ausführlichen bey der Tulipan gemeldet worden. Es ist sonst eine feine Garten-Zieraths-Blume / weil sie aufwärts in Form der weissen Lilien und den Stengel stehet / und meistentheils Feuer-roth ist. Wenn diese Blume vorbey / und der Saame recht zeitig ist / so muß man den Stengel an der Erden abschneiden / alsdenn sich die Wurtzel in allen desto besser wieder erhohlen kan. Will man sie in den Blumen-Betten hin und wieder haben / muß man sie in die kleinen Betten oder Ecken / wo von Stauden-Gewächs anders nichts kan hinkommen / pflantzen / damit an allen Orten und Ecken solche Blumen / und also 3. Jahr ungehindert darinnen stehen bleiben können / bedürffen auch in währender Zeit keiner andern Wartung / als daß sie von Unkraut / und nach der Blumen-Zeit von den dürren Stengeln gereiniget werden.

Semine latente intra pericarpium quinquecapsulare.

MESEMBRIANTHEMVM Africanum rectum, teretifolium, nonnihil glaucum, summitatibus foliorum spinosis, spinulis in stellam dispositis.

MESEMBRIANTHEMVM minus Canariense, teretifolium, micis argenteis conspersum, seu glaciatis quasi micis splendentibus ornatum, flore carneo, Cosca dictum.

MESEM-

MESEMBRIANTHEMVM teretifolium, folio glauco, crasso, flore aureo.

MESEMBRIANTHEMVM, folio triangulari, enfiformi, maius procumbens.

MESEMBRIANTHEMVM, folio triangulari, glauco, paruo, flore uiolaceo, frutescens.

MESEMBRIANTHEMVM, folio triangulari, caule rubente, repens.

MESEMBRIANTHEMVM Africanum procumbens, latifolium, floribus argenteis minoribus. Aliis Ficoides margaritifera. Ann. Germ. Feigenähnliche Gewächse mit dreyeckigten / länglicht-runden oder breiten Blate.

Haud parum difficultatis reconditum habere doctrinam de Ficoidibus sic dictis, uel ipsi, qui inter Botanicos eminent, testantur. Tournefortius, nescio quo fato, uel quam ob causam Ficoides plane sicco praeterit pede, in absolutissimo alioquin Institutionum rei herbariae opere; adeo ut Boerhauenius in Horto Lugdunensi, recens edito, Tournefortium per omnia secutus, caput de Ficoidibus ex Hermanno supplere necessum habuerit. Raius, postquam in magno opere Historiae plantarum Hermanni institit uestigiis, tandem in Methodo Plantarum emendata et aucta hunc in modum loquitur. Ficoides Hermanni, et Aizooides ipsi dictum, mihi quoque in Historia mea Plantarum Sedis affine uisum fuit. Neque tamen tanta est cum iis affinitas, ut non potius ad Anomala retulerim. Si quis tamen Sedo subnectere uolet, per me licet, id faciat, quamuis uere multisiliqua non sit haec planta. Vides, quam uacillet, dubiusque circa Ficoides sit ipse quoque Raius. Quid nobis de iisdem uideatur, breuiter aperiemus. Et primum quidem, quod ad nomen attinet; neque Ammannum sequimur, qui hanc plantum Kali Africanum; neque Hermannum, qui Ficoidem, uel Ficum Aizoidem, i. e. Ficum sedi formem; neque Breynium, qui Chrysanthemum Aizoides; neque uulgus, quod Asterem Aizoideum, Sedum item triangulare, appellandam censet; cum neque ad Kali, neque ad Chrysanthemum, neque ad Asterem, neque ad Sedum multum accedere uideatur. Aliud itaque nomen plantae sui generis quaeren-

quaerendum cogitauimus, et ipſum Ficoidis, quod in Horto Vitebergenſi placuit, reiiciendum exiſtimauimus, commodumque, dum id meditaremur, in Plukenetium incidimus, qui, ubi Ficoides deſcribit, Meſembrianthemi utitur uoce. Hanc retinendam putauimus uel ideo, quod quantum conſtat, nulli aliarum plantarum haec notio unquam ab aliis fuerit tributa. Iam quod ad Characterem ſpectat, eſt Meſembrianthemum, quod gaudet flore perfecto, regulari, polypetalo, et ſemen habet quinque incluſum capſulis : iuxta quam normam ubi progredimur, ex claſſe Meſembrianthemorum erunt extrurbandae duae illae Ficoides, quas Hermannus multicapſulares aſſerit, Sedis annumerandae. Ceterum autem, cum magnus ſit Meſembrianthemorum numerus, eademque facie gaudent non parum uariante, haud male actum fuerit, ſi in certas cogantur claſſes, ita ut uel fructuum ratione in pyriformia maiora, minora, et orbicularia; uel foliorum reſpectu in teretifolia, triquetrifolia et planifolia diſpeſcantur.

Semine latente intra pericarpium membranaceum multicapſulare.

SEDVM Africanum fruteſcens maius, incanum, foliis orbiculatis. Germ. *Groß Africaniſch Haußlaub.*

SEDVM Africanum fruteſcens maius, foliis orbiculatis, limbo purpureo cinctis.

SEDVM Africanum arboreſcens roſeum, foliis uiridibus obtuſis, roſae in morem diſpoſitis.

SEDVM Cancrinum minus, pilis ad oras foliorum hiſpidis, argenteis, lucidis.

SEDVM Alpinum tomentoſum minus.

Sedum a ſedendo, uel ſedando dictum putant; idque uel quod humi ſedeant pleraeque eius ſpecies, uel quod inflammationes ſedet. Characterem Sedi ponimus in flore roſaceo, ſeu regulari polypetalo, hoc eſt pluribus quam ſex petalis, in orbem poſitis, conſtante, ex cuius calice piſtillum ſurgit, quod deinde abit in fructum, ex plurimis ueluti capſulis, uaginarum aemulis, in capitulum quoddam collectis, compoſitum, ſeminibusque

nibusque foetum, ut plurimum exiguis. Quodsi cui ad folia quoque attendere fuerit uolupe, is sciat, Sedorum folia inferiora saepius in globulos, oculo bouino similes, congesta esse, folia uero, caules inuestientia, ab inferioribus multum discrepare. Ad haec omnia, qui attenderit sedulo, is intelliget facile, quam male quaedam Saniculae, Cotyledonis, Kali, Alsines, Telephii, Saxifragiae, Androsaces, Catanances, Alyssi species, Sedis a nonnullis annumerentur.

Semine latente intra pericarpium succulentum.

TVNE. Alioquin Opuntia, fol. oblongo maiore. Germ. Indianische Feigen mit einem grossen langen schmalen Blat.

TVNE. Alioquin Opuntia, folio tereti spinosissimo. Aliis Opuntia minima Curassavica. Germ. Indianische Feigen mit einem rundlicht-länglichen sehr stachlichten Blat.

Varia sortitum est nomina hoc exoticum. Nunc enim Ficus Indica dicitur, ob aliqualem fructus cum Ficu similitudinem: nunc Ficus Opuntia, ex autoritate Theophrasti, qui memoriae prodidit, circa Opuntem, Boeotiae oppidum, herbulam hanc nasci, quae ex foliis radicem demittat: et dehinc Tune nominatur, quod Indi nomen fructibus huius uegetabilis optimis, ipsisque celebratissimis imposuerunt. Ficum interim male appellari facile concedes, ubi intellexeris, uerae Ficus flores latere intra pericarpium succulentum; ex huius uero nostri uegetabilis fructuum umbilico emicare flores, calatho Balaustii ex parte conformes, succulentiores, magnos, multosque, et luteos, uel aliter etiam pictos, multifolios, foliis, ungue latioribus, rosaceis constantes, uerbo, rosaceos, qui plurima habent petala in orbem disposita, quorum calix abit in fructum carnosum, umbilicatum, unicapsularem, et seminibus saepe annulatis foetum: quae omnia cum a Ficu uera, cuius flores, capillamenta scilicet tenuia, ex inuolucro quodam, quod semen complectitur subrotundum, prodeuntia, in ipsius fructus cauitate nascuntur, non parum recedant, maxime prohibent, quo minus Ficum dixeris Indicam. Sed nec Opunciam recte uocaueris, quanquam ipse quidem, cum nuper Hortum

tum Vitebergenſem ederem, ita appellandam exiſtimaui: nunc enim ſententiam ut mutem meam, facit hoc inprimis, quod tandem cognoſco, quantum noſtra planta a Theophraſti, et Plinii differat Opuntia, quamque parum in Tunem horum herbula quadret, quae quippe gaudet dulcedine quadam inſigni, quod de Tune, ſi fructum exceperis, non ualet; deinde et ex folio radicem emittit, id quod de Tune nequit affirmari. Nam, qui exiſtimant, Tunen e foliis radices agere, uulgarem potius ſequuntur opinionem, externa plantae decepti facie, quam ipſam rei ueritatem: cum, quae folia uidentur eſſe, reuera non ſint, ſed rami meriro appellari debeant. Folia ſiquidem non germinant, aliaque ex ſe folia protrudunt, id quod in Tune obſeruare licet; ſed rami. Praeterea folia intra annuum ſpatium in iuſtam magnitudinem extenſa, poſtea non augentur: at in Tune, quae dicuntur folia, augentur quotannis, et incrementum capiunt, imo tandem, id quod in horti noſtri Tune maxima eſt conſpicuum, ligneſcunt. Vt nihil addam de eo, quod folia tantum ſint contigua, rami uero, ut in Tune, continui; et quod folia omnia tandem decidant, quod quidem in Tune non accidit. His namque duabus poſtremis rationibus plantae epiphylloſpermae opponi poſſent. Quare ſufficiant priores, quae abunde ſatis demonſtrant, uegetabili huic noſtro Opuntiae nomen perperam tribui; adeoque nihil impedire, quo minus Tunes inſignias nomine. Tandem uero culturam huius plantae his uerbis edoceat Stiſſerus. Die Ficus Indicae lieben eine gute lockere und etwas ſandichte Erde / auch einen warmen Ort / ſo zur Sonnen gelegen / wollen wenig begoſſen / und des Winters in Scherben beygeſetzet ſeyn / wie ſie denn von dem geringſten Reiff und Froſte leicht verderben / weswegen man ſie im Herbſte bey guter Zeit an die Seite bringen / für kalten überflüßigen Regen wohl in acht nehmen / den Winter über warm und trocken halten / im Frühling aber allgemach an die Lufft ſetzen / und für dem May-Monath nicht der freyen Lufft in dem Garten vertrauen muß. Die Vermehrung geſchiehet durch ein abgebrochenes Blat / welches man im Maio bey vollem Licht ein wenig über die Helffte in eine gute lockere / etwas ſandichte Erde ſtecket / und den Scherben / ohne daß man es begieſſe / etliche Tage in den Schatten ſetzet / alsdenn ſchläget es leicht an / und gewinnet Wurtzeln / ſonderlich / wann es trucken gehalten wird. Da auch die Blätter an dieſen Gewächſen leichte faulen / kan man ſelbige / ſo weit ſie angangen / hinweg ſchneiden / und ein wenig geſtoſſenen Letten darüber ſtreuen. De fructu hunc in modum eleganter diſſerit Heſſius. Die Opuntia, oder Ficus Indica maior, bringet unterweilen an den runden langen Knoſpen / ſo den

Ficus-Blättern gleich sehen / oben an den Gipfel gelbe Blumen / die den Blumen der Ficus minoris gleichen. Wenn aber solche Blüthe vorbey ist / welches gemeiniglich in 3. oder 4. Tagen geschiehet / so bleibet es wie vorher ein langer Knopf / und folget weiter nichts darnach. Ob man gleich vorgiebet / daß sie in India, in der Insul Bantam, Ceylon und Menuar zeitige Feigen / den unsrigen gleich / von sehr lieblichen süssen Geschmack bringen / und die Einwohner daselbst selbige vor eine rare Speise halten sollen / so habe ich hier doch keine gesehen / vielweniger gegessen / und weiß also weiter nichts davon zu melden. Die Ficus Indica minor bringet allhier gelbe Blumen / und darauf folgen die Früchte / so fast an Gestalt / wie die Feigen sehen / inwendig röthlicher Farbe / aber von keinem guten Geschmack; in India aber sollen sie sehr süsse von Geschmack seyn. Im Sommer sind die Blätter hart und feist; im Winter aber werden sie welck und schrumpflich. Es ist eben so zarter Natur / wie die grosse Ficus, und will gleiche Wartung / so wohl im Winter / als im Sommer haben.

Plantae, gaudentes flore perfecto, simplici, irregulari, monopetalo.

Seminibus nudis quaternis rugosis.

BVGLOSSOIDES Cretica. Male Buglossum Creticum: peius Borrago Cretica. Germ. Cretische Ochsen-Zunge. Ann.

Tria sunt, quae hanc plantam omnibus commendant, elegans albi et rubri coloris, in exili flosculo, miscela: suauis eiusdem odor, ad primulas accedens: ac denique miranda uerrucosi folii structura. Cur autem male Buglossum, uel Borrago dicatur, ex CL. Riuino intelliges, qui ita: Echioides dicenda est potius, quae florem quodammodo concauum, instar Echii, habet; ad cuius differentiam Buglossoides uocari potest, cuius flos magis est planus, et qua externam faciem regularis, instar Buglosi, attamen gibbosus in recessu. Quod igitur Fuchsio Echium, Casp. Bauhino Buglossum siluestre minus dicitur, Echioides mihi flore coeruleo est: quod uulgo Buglossum siluestre minus nigrum, Echioides flore pullo: quod Casp. Bauhino Lithospermum aruense radice rubra, multis Anchusa, uel Echium; mihi Echioides

oides fl. albo, aut, si mauis, Pseud-Anchusa: quod Buglossum aut Borrago Cretica communiter, mihi Buglossoides Cretica.

Seminibus nudis, quaternis, laeuibus, flore barbato et galeato simul, barba simplici, galea quadripartita.

OZIMVM latifolium maculatum, crispum. Germ. Krauß-Basilge.

OZIMVM uiride, foliis bullatis.

OZIMVM, foliis serratis.

OZIMVM minimum caryophyllatum. Germ. Nelcken-Basilge.

OZIMVM, Anisi odore. Aliis Ozimum anisatum. Germ. Aniß-Basilge.

OZIMVM auratum minimum, seu foliis uiridibus, quorum extremitates luteo colore superbiunt.

OZIMVM Smirnaceum, odore Melissae.

OZIMVM Smirnaceum, odore Styracis liquidae.

OZIMVM Romanum foliis minoribus, non laciniatis, laete uirentibus.

OZIMVM caryophyllatum medium. Aliis Ocimum gentile.

OZIMVM Bononiense fol. minore, dilute uirente.

OZIMVM foliorum fimbriis ad Endiuiam accedentibus.

Ozimi species omnes sunt annuae. Disputant, num ab ὠκὺς, seu ὠκέως, quod Latinis est, cito, nomen acceperit uegetabile hoc, quod, ut Varro scribit, cito proueniat, tertio puta, a satione, die; an uero ἀπὸ τῦ ὄζειν, redolere, odoratam esse, quod eximie odoratum sit. Definit litem omnium optime Io. Bodaeus a Stapel. Ocymum, inquit, pabuli genus est, quod, teste Plinio, in uinea seri iusserunt antiqui, umbrae patiens, quod celeriter proueniat. Ozimum autem, planta odorata.

rata. Vnde intelligas licet, Ozimum hoc noſtrum per i et z, non uero per y et c ſcribendum eſſe. Alii Baſilicum appellant, a dignitate ſua, ac ſi propter inſignem et fragrantem odorem regiis manibus geſtari, regiaque' domo aſſeruari dignum ſit. Vnde Matthiolus : Plantam hanc ſpecioſam frequentem obſeruauimus in Italia in coenaculis, et aedium feneſtris, inque Adonidis hortis, in uaſis figulinis ſatam, et cultam. Hollerius obſeruat, ſcorpium natum fuiſſe in cerebro cuiusdam Itali ex frequenti odoratu Baſilici, ſeu Ozimi. Camerarius etiam ſaepiſſime Venetiis obſeruauit, ſcorpiones ſub fictilibus, in quibus Baſilicum colitur, libenter ſtabulari. Et D. Raymundus Anglus aſſerit, ſibi experientia compertum, herbam hanc humido in loco ſub lapide repoſitam, intra biduum Scorpionem producere : quod interim, dum Senis commorabatnr rarum et memorabile in primis accidens confirmabat. Generoſus quidam Senenſis, odore Baſilici uehementer captus, et delectatus, herbae exiccatae puluerem naribus frequenter attrahere ſolebat: uerum breui phreneticus moriebatur, cranioque eius, a Chirurgis aperto, ſcorpionum nidus in cerebro repertus eſt. Nos cum praeſtantiſſimis huius aeui Philoſophis generationem aequiuocam, aut ſpontaneam in animalibus dari neutiquam concedimus, adeoque neque Baſilicum ex ſe Scorpionem producere; interim tamen non negamus, beſtiolas illas herbae odore delectatas ad eam libenter arrepere, aut ſub illa ſtabulari, forte etiam ea ueſci, inque foliis, aut gemmis eius oua ponere, unde accidere potuit, Generoſum praedictum una cum puluere foliorum Ozimi Scorpionum oua naribus attraxiſſe, quae capitis calore fota, ibidem Scorpiones excluſerint,

Barba tripartita, galea integra.

STACHYS montana, tota lanuginoſa. Bauhini Stachys maior Germanica. Germ. Groſſer Feld-Andorn. Perenn.

Seminibus incluſis pericarpio membranaceo bicapſulari, fl. clauſo, et labiato.

LINARIA fl. purp. minore. Indig. German. Harn-Kraut.

LINARIA

LINARIA aruensis minima, fl. obscurius candicante. Indig.

LINARIA triphylla maior, floribus pallescentibus, rictu aureo, calcari subcoeruleo, aliis Linaria Cretica latifolia, Linaria Valentina maior, Linaria Hispanica maior. Germ. Lein-Kraut von Valentz. Ann.

A tribus foliis, quae semper inuicem habet iuncta, dicitur triphylla, et a Valentia urbe, circa quam primum reperta, Valentina. De Linariis triphyllis controuersia quaedam mouetur a Raio his uerbis: Circa Valentiam in pratis et locis umbrosis, Martio florentem, obseruauit Clusius Linariam latifoliam triphyllam maiorem C. B. Linariae latifoliae Valentinae Clusii nomine a Doldio missam: nos cum I. B. non distinctam suspicamur a descripta: C. B. praeter mentem Doldii, a Linaria Valentina Clusii plantam, a se in Prodromo sub titulo allato descriptam, separat, et cum Linaria Cretica latifolia Clusii coniungit. Et reuera Linaria Cret. latif. Clusii, in omnibus fere conuenit cum planta, a nobis hoc in loco ex Io. Bauhino descripta; praecipua, et fere sola differentia est, quod caules in Cretica Clusii, hoc est latifolia triphylla maiore Bauhini in multos ramos diuisi dicantur, cum I. B. in descriptione sua ramorum non meminit: quam notam ab eo fortuito omissam putassem, cum pictura ramulos exhibeat, nisi Paulum Bocconem in Linariae suae Siculae latifoliae triphyllae descriptione hac sola nota excepta, Bauhinianam Linariam triphyllam latifoliam cum sua omnino conuenire obseruantem animaduertissem. Sunto ergo, si uidetur, Linaria Cretica latifolia Clusii, et Linaria triphylla latifolia C. B. una et eadem plantae species et diuersa a Linaria trifolia I. B. h. e. Linaria Sicula latifolia triphylla Bocconis, et Linaria Valentina Clusii, cum hae caules habeant simplices et indiuisos, illae ramis bracchiatos. Mihi tamen nondum satisfactum fateor. Haec Raius. Nos de Linaria, missis controuersiis Botanicis, obseruamus, quod si quae herba urinas pellit, Linaria ea est, unde κατ' ἐξοχὴν Vrinaria Lobelio dicitur. Attamen aliter sentit Hieron. Tragus, cuius uerba de uera Veterum Linaria huc apponi merentur, eo praesertim, quod de plantarum denominationibus a Veteribus factis iudicium contineant non contemnendum. Sic autem ille: Lein-Kraut / Harn-Kraut / Flachs-Kraut / Scheiß-Kraut und Nabel-

bel-Kraut nennet man es allein darum / daß es dem Flachs etlicher massen gleich ist. Etliche nennen es auch wilde Wolffs-Milch / dieweil es derselben auch gleich ist; zu Latein Pseudolinum, Linaria, Vrinalis, adulterina, Esula. Aber die Nahmen werden auch andern Gewächsen zugeleget / sonderlich Vrinalis herba, zu Teutsch Harn-Kraut / gebürt sich dem Steinbrech und der Ochsenbrech / Ononi. Aber das gegenwärtige Harn- oder Lein-Kraut / das man auch gäle Rittersporen nennet / wollen etliche unter das Capitel / Osiris, schreiben / das laß ich geschehen. Mich will aber bedüncken / diß Kraut stünde ehrlicher unter dem Hundskopff / zu Griechisch Cynocephalia herba genannt / das in Egypten / wie Apion der Grammaticus schreibet / Osyrites, heisset / damit die Magi auch ihr Wunder treiben / sonderlich wider Zauberey / und ist das die Ursach: die gäle Blumen am Lein-Kraut / wo man sie recht an will sehen / wird man augenscheinlich finden / daß sich eine jede Blume einem langen Hundskopf gleich gestalt hat. Zudem allen / so ist Lein-Kraut ein sonderlich experiment für rothe Augen / welches ich versucht / und Hieronymus Braunschweig / desgleichen Apulejus auch anzeigen / besiehe das LXXXVI. Cap. Apuleii vom Hundskopf / daß er Cynocephalion, Antirrhinon, Burrhion, Ametiston, Pithecion, Osyrcostaphen, und Canis cerebrum nennet. Wiewohl diese Nahmen am meisten dem Drant oder Sterck-Kraut zustehen. Ich acht aber es hab bey den Alten / wie allezeit / nicht jedermann der Kräuter wahrgenommen / ein jeder hat seinen Nahmen dargeschrieben / wie sie ihm gefallen haben / wie noch der Brauch ist / so viel Länder / so viel Nahmen der Kräuter. Ist nun Osyris unser Lein-Kraut / so hats den Nahmen von den erwürgten König Osyris, der um Ruhms willen aus Graecia in Egypten gezogen ist / und folgends für Gott gehalten / welcher in der Gestalt eines Ochsen angebetet worden / wo dem also / war billich / daß Antirrhinon Osyris genennet würde. Dieweil unser Lein-Kraut mit Gestalt einem Hundskopf / und das Anthininon einer Kalbs-Nasen gleich siehet. Sed nec omittenda Sim. Pauli egregia Epicrisis, quae subsequens est. Linariam quidam Osyridem esse affirmant, alii uero negant; sed potius uolunt, Osyridem esse Linariam scopariam, uel Beluedere Italorum. Ast parui momenti est litigium, siquidem nihil utilitatis in officinas ex huius decisione redundat. Apparet tamen illorum ratio ueritati magis congruens, qui Beluedere Italorum, Osyridi Dioscor. non nostram Linariam surrogant.

CYMBALARIA, fl. ex purp. albicante et lut. uariegat. fol. Hepaticae repentis. Germ. Cymbel-Kraut.

Raius

Raius Linariis annumerandam cenſet; unde et Linariam Cymbalariam appellat: at enimuero, quoniam et modus creſcendi a Linaria diuerſus eſt, cum nunquam erigatur, ſed procumbat penitus; et conceptaculum ſeminis diuerſum, eſt enim quamuis bipartitum, tamen aliter conformatum, rotundum magis, quod que maturum non dehiſcit per modum Linariae: idcirco a CL. Riuino iure optimo, euitandae confuſionis gratia, a Linaria diſtinctum eſt. Refert Raius, ſe Cymbalariam obſeruaſſe in ipſius urbis muris; quod et ego affirmare poſſum, cum horto noſtro non ſit illata, ſed ſponte ex urbis muro, Hortum ea, qua orientem ſpectat, parte, claudente, excreſcat.

Flore patente, et diuiſo in quatuor lacinias.

ECBOLIVM, fl. albo. Zeylanis appellatur Adhatoda, hoc eſt, Medicina foetum mortuum extrahens. Aliis Nux Malabarica. Germ. Zeylaniſche Adhatoda.

Inter elegantiores, rarioresque frutices non ultimum eſt Ecbolium, de cuius fructu dubius admodum ſcribit Riuinus hunc in modum. Floruit apud nos largiter, ſed, quod dolendum, ſemina non perfecit hactenus. Quantum ex imperfectis colligere licuit, bicapſularis mihi uiſa eſt, atque ideo ſuum hic inuenit locum, donec deſideratiſsimum Muſeum Zeylanicum nos certiores de fructu reddiderit. Plantam huic ſimilem alias non reperio, niſi quae ſub titulo Bem-curini Tom. II. Horti Malab. deſcribitur. Quo autem in puncto inter ſe uel conueniant, uel differant, facile obſeruare poterit, cui utramque uiuam ſpectare conceſſum erit. Verum optime bicapſularibus a Riuino annumeratum eſſe, Tournefortius teſtimonio ſuo comprobat, quando fructum Adhatodae deſcribit clauae ſimilem, ſepto intermedio in duo loculamenta diuiſum, bifariam dehiſcentem, ſeminibus foetum utplurimum compreſſis, et quaſi cordiformibus. Noſtro in horto adhuc dum non floruit, multo minus fructum exhibuit.

Flore, cuius margo quinque laciniis diuiſus.

BLATTARIA, fl. intus albo, extus incarnato.

Perperam Verbaſcum femina. Germ. Schaben-Kraut.

Blattaria abiecta, ut ait Plinius, blattas in ſe contrahit, ideoque Romae Blattariam uocarunt. Differt a Verbaſco Blattaria omnium maxime figura pericarpii, quod in Verbaſco eſt ouato-acuminatum, ſeu turbinatum, in Blattaria rotundius et magis globoſum. Hinc etiam in foliis quaeri poteſt differentia: Blattaria enim a Verbaſco foliis minus candidis differt.

SCROPHVLARIA fl. magno. Aliis Scrophularia Indica, item Hiſpanica. Germ. Braun-Wurtz. Perenn.

Si quis diuiſum Scrophulariae florem quinque laciniis dixerit, non aberrabit. Nempe ſuprema bifida ſeu duplex eſt, binae ſunt laterales inſtar auricularum, inter quas inferior dependet unica. Delapſis floribus, ſequitur pericarpium non diſſimile Digitali aut Gratiolae, quod maturum, itidem in ſummitate diuiditur, ut bicorne appareat. Riuinus. Flos Scrophulariae Hiſpanicae reſpectu reliquarum Scrophulariarum eſt ſatis magnus, idemque elegantiſſimus, croceus inferiori parte, interiore ruber.

Seminibus incluſis pericarpio carnoſo.

PSEVDO-VIBVRNVM fl. Aurantio. Marggrauii Camara fl. luteo, ex ripa fluuii Sancti Franciſci. Male Viburnum Americanum. Germ. Mehl-Baum aus America mit gelber Blume. Perenn.

Viburni namque flores ſunt regulares monopetali, laciniis quinque acutis diuiſi, quos excipiunt compreſſi fructus, quaſi ex lenticulari figura oblongi: ſed Americanum Pſeudo-Viburnum flores multum diuerſos, e tubo longiore monopetalos, irregulares, itemque fructus rotundos profert. Praeterea et florum ſpectaculum in Pſeudo-Viburno iucundius longe eſt, quam in uero; praeſertim Pſeudo-Viburno Vrticae foliis, Lamii odore, quod in Horto Vitembergenſi recenſuimns; hoc enim producit flores, haud uulgaris elegantiae ſpecimen exhi-

bentes

hibentes; cum in eadem umbella floſculi lutei, albicantes, et incarnati coloris conſpiciantur.

PERICLYMENVM Virginianum, perfoliatum, ſemper uirens, et florens. Germ. Virginiſches Geiß-Blat. Perenn.

Huius flores odore equidem nullo euidenti ſunt, at colore amoenisſimo, fulgenti cocco ſplendente, effigieque tubum uenatorium perbelle exprimunt, orificio in quinque aequales crenas laciniato. Atque Periclymenum hoc, licet pariter ac Italicum ſit perfoliatum, neutiquam tamen permiſcendum eſt cum Perfoliata, quae flore gaudet pentapetalo irregulari, et Germ. Durchwachs / κατ' ἐξοχὴν dicitur.

PERICLIMENVM uulgare non perfoliatum, Germanicum, flore albo, in flauedinem aliquantum abeunte. Vulgo Caprifolium, Germ. Geiß-Blat / Wald-Lilie.

Hanc nunc demum recenſere debui, quoniam in Horto Vitebergenſi, nuper edito, tantum Periclymeni Germanici fl. rubello facta eſt mentio. Ceterum ſcias, quod Tournefortius ſub Periclymeni uoce complura complectitur uegetabilia, unde et Periclymena in quatuor genera diſtinguit, quorum primum Caprifolium uocat, cui flos tubuloſus, inferne clauſus, ſuperne in duo uelut labia diſſectus, quorum ſuperius in aliquot lacinias ſubdiuiditur, et inferiore plerumque multo maius eſt; inferius in linguae formam perſaepe ſectum. Fructus bacca mollis eſt, ſemina aliquot complanata et fere oualia continens. Secundum Periclymenon appellat, quod a praecedente differt floris tubo, in campanae formam expanſo, in quinque partes plerumque diſſecto: fructus cum praecedente conuenit. Huic generi duas ſpecies ſubiicit, nimirum Periclymenon perfoliatum Virginianum ſemper uirens et florens, et Periclymenon Indicum flore flaueſcente. Tertium Chamaeceraſum nuncupat, uulgo Periclymenum rectum, cui flores bini eidem pediculo innaſcuntur, primi generis ſimiles. Fructus etiam illis fructibus reſpondet. Differt ergo praecipue a primo genere, quod frutice ſit recto, floribus et baccis in eodem communi pediculo binis. Quartum Xyloſteum denominat, quod eodem modo a Chamaeceraſo differt, quo Periclymenum a Caprifolio.

prifolio. At enimuero nimiam ſapere haec uidentur ἀκριβειαν; unde et Riuinus Caprifolium et Xyloſteum ab Chamaeceraſo non diſtinxit, illis tantum ſuccenſens, qui Xyloſteum a Periclymeno diſcernere neſciunt, cum tamen Xyloſteum inter alia hoc peculiare habeat, quod et flores ubique binos, et baccas utplurimum gemellas producat, affine quidem Periclymeno, at non eiusdem cum eo generis putandum, praeſertim cum nec Periclymeni nomen apte in Xyloſteum quadret, quippe quod ſeipſum erigat libere, nec ullo, cuius beneficio ſcandat, indigeat adminiculo: contra Periclymeni flores copioſiores ſint, ita, ut ſex ordinarie circulum conſtituant, e quo per uiciniam quaſi duplicato uel triplicato maiores formentur corymbi. Praeterea autem differunt inter ſe Periclymena, quod Virginianum flores ferat inodoros, pulchros, coccineo fulgore ſplendentes, minores; Germanicum una cum Italico ampliores exhibeat, ſuauiſſimique odoris flores, quorum ſuaueolentia allectus Sim. Paulli oleum Iaſmini ſuccedaneum ex his parare conatus eſt, quo ſucceſſu, ipſe dicat. Lippis autem, inquit, ut dicitur; et tonſoribus notum, quod ex Heſperia et Italia usque, petamus. Oleum Iaſminum, quod cum facile ranceſcat, et id ſolum ob ſuaueolentiam unguentis conciliandam expetatur; flores autem Caprifolii noſtratis uulgaris aemulentur ſuaueolentiam Iaſmini, ni ſuperent, utique expedire ratus ſum, his in oris periclitari, an ex Caprifolii floribus, et olei amygdalarum dulcium infuſione, comparare ſuccedaneum Iaſmini oleum poſſemus, ſi non ad alios uſus; attamen ad unguenta barbarum commendabile. Ceteroquin fando accepi a uiro ſpectatae fidei, Italos ex amygdalis minute conciſis, et floribus Iaſmini concinnare S. S. ſtrat. et ubi aliquandiu amygdalae imbiberunt fragrantiam florum Iaſmini, demptis prioribus, conſpergere eas nouis recentibus floribus Iaſmini, ac iterare ter, quaterue hunc laborem, tandem uero amygdalarum exprimere oleum, atque ita hac arte nouiſſe illos ſibi comparare fragrantiſſimum iaſmini oleum, longe illo ſuaueolentius, quod per infuſionem paratur. Ego uero Anno 1664. ſategi comparare mihi per poſteriorem encheireſin uel infuſionem ſuccedaneum Iaſinini oleum. Sed fruſtra fui. Nam ſal et ſulphur adeo in floribus Caprifolii uolatilia ſunt, ut flores requirere uideantur, infundas oleo actutum, uel dum carpis. Quod enim ego pararam ac inſolaram, aut ſoli expoſueram per aliquot dies ex floribus Caprifolii ſi non marcidis, attamen intra ſpatium 6 horarum lectis, poſt inſolationem paucorum dierum ranceſcebat, caſſum omni fragrantia

grantia; et quae florum portio prominebat extra oleum, ceu gangraena corrupta, nigricabat. Cuius rei maxime probabilis ratio eſt, quam, poſt Penam, Celebratiſſimus Hoffmannus nobis ſufficit L. II. Officinal. quae haec eſt. Cum enim, inquit, ut Pena nos monet, tota planta, nempe lilium album, turgeat ſucco mucagineo, facile folia putreſcunt, et oleum redolet iam non lilia, quae prima bonitatis nota eſt, ſed graue et foetidum quid; ſufficit igitur triduum, quo exacto, imponuntur alia, tum denique iterum alia. Satis enim eſt, tertium repetiiſſe. Quae omnia meo arbitratu obſeruanda illi quoque erunt, qui deinceps geſtiet, loco Iaſmini, ex Caprifolii floribus conficere oleum.

Plantae, gaudentes flore perfecto, ſimplici, irregulari, tetrapetalo.

Siliculae ſphaericae incluſo ſemine ſubrotundo.

FVMARIA fl. albo. Germ. Erd-Rauch.

Diuerſas de fructu Fumariae opiniones Caeſalpini, et Moriſoni, atque Raii, quando hic dicit ſemen nudum eſſe, iſti contineri intra parua ueluti capitula ſeu uaſcula rotunda contendunt, more ſuo, id eſt ſolide, definit ſummus hodie Botanicorum Dictator, Riuinus, his uerbis: Plerisque uidebitur nudum ideo, quia ſuum ſponte uix exuit inuolucrum, quanquam ſatis maturum decidat. Quemadmodum uero Melilotus, e. g. minima, fructu renali nigro non dicitur ſemina geſtare nuda, quamuis eodem modo ſuum cum integumento dimittat ſemen; ita et hoc in loco non aberrabit, qui, rigoroſius Fumariam examinaturus, illam annumerabit ſiliculoſis, quae ſingula ſemina ſingulis incluſa ſiliculis geſtant.

Siliculae echinatae incluſo ſemine reniformi.

PSEVDO-GLYCYRRHIZA. Germ. Süß-Holtz mit ſtachlichten Schötgen. Perenn.

Nemo, qua ratione Glycyrrhiza Officinarum, et haec, quam proponimus, ab inuicem differant, accuratius expoſuit, atque Illuſtris Riuinus, unde ea, quae hanc in rem affert, placet adiicere. Quod ſpeciatim, inquit, Glycyrrhizam, echinatam uulgo dictam, concernit: crediderim illam potiori iure ab Onobrychide diſtinguendam, ſiquidem nulla de cetero inueniri poteſt conuenientia, ſeu florem ſpectes, ſeu fructum, niſi quod utriusque ſiliqua ſit echinata. Eccur uero Medica, et Scorpioides fructu echinato non referuntur ad Onobrychidem, ſi ad idem genus reuocandae ſunt leguminoſae ſiliquis echinatis hiſpidisque? Ad euitandam proide confuſionem malim Pſeudo-Glycyrrhizam appellare, quae per errorem a non paucis pro uera Glycyrrhiza habetur. Glycyrrhiza ſcilicet, propter radicem egregie dulcem ſic dicta, non unius eſt generis. Echinata profecto magis conuenit cum Dioſcoridis deſcriptione; nihilominus, quae ſiliquas fert erectas, compreſſasque, non hiſpidas, cum hactenus in Pharmacopoliis conſtanter cum fructu diſpenſetur, uerae Glycyrrhizae titulum prae illa mereri uiſa eſt. Quanqum enim illubens Rei herbariae Scriptores primos deſero, nil magis in uotis habens, quam ut ſimplicia illa olim recenſita reſtituantur, ſi fieri poſſet, in integrum: attamen cum tale quid ſperare non ſinat deſcriptio plerorumque imperfecta, quam reliquerunt, nec non tractatio admodum confuſa; itaque nec in poſterum religio mihi erit, ſi uſus modernus id ſuadebit, eosdem ſeponere, aut etiam emendare.

Siliquae bullatae incluſo ſemine reniformi, depreſſo.

COLVTEA Aethiopica, flore phoeniceo, foliis Barbae Iouis. Germ. Linſen-Bäumgen mit rother Blume.

Hanc annuam eſſe plantam aſſerit Magnificus Riuinus; ſed contrarium euincere uidetur Stiſſerus his uerbis: Dieſes artige Gewächs wird aus Saamen gezogen / welcher im Monath April. bey vollem Lichte in einem Scherben mit guter leichter Erde angefüllet/ eines guten qver Fingers tieff geſtecket wird/ liebet einen warmen ſonnichten Ort / will bey trockenen warmen Wetter zu Zeiten begoſſen / auch für kalten Winden und Reiffen wohl gewartet ſeyn/ blühet das erſte Jahr / giebet aber ſelten reiffen Saamen / weswegen es im Monath October beygeſetzet wird / weiln es Reiffe und Froſt nicht wohl vertragen kan / den Winter über muß man es für

Froſt

Frost wohl in acht nehmen / und im Gewächs-Hause mit mäßiger Feuchtigkeit erhalten. Wenn der Winter vergangen / wird es im Monath April allgemach an einen warmen Ort gestellet / blühet alsdenn frühe / und giebt reiffen Saamen / pfleget aber darauf den folgenden Winter zu vergehen / und nicht über 2. Jahr zu dauren. Conciliari uterque potest, si statueris, etiam illas plantas, quae ultra duos annos non perdurant, ad annuas magis quam perennes pertinere.

Siliquae mediocri incluso semine subrotundo.

LATHYRVS fl. lut. siliqua latiore, folio integro producente bina foliola, capreolos emittentia. Germ. Gantzblätteriche Kichern. Ann.

Ex Lathyris alii sunt perennes, ut Lathyrus syluaticus, Narbonensis, aruensis, pratensis: alii annui, ut siliquis hirsutis, Hispanicus fl. purp. Tingitanus minor, Montis Baldi graminis folio, siliqua latiore, foliis pinnatis. Ex his elegantiores, rarioresque, et qui hortos exornent, sunt Lathyrus Narbonensis, Tingitanus, Hispanicus, Montis Baldi, et Lathyrus supra infraque terram siliquas gerens. Ceterum Lathyrum nemo non primo intuitu ab aliis leguminosis prompte discernit, utpote cui soli, et prae ceteris, et caulis alatus, et folia ubique non nisi bina, per modum auricularum arrecta, contigerunt. Vbi uelim obiter attendas ad quosdam ab modo crescendi et foliorum habitu desumtos characteres, quibus uaria distinguas sequentem in modum legumina.

OROBVS a Craccis, cum quibus ualde conuenit, distinguendus defectu Capreolorum.

VICIA a reliquis leguminosis partim multitudine capreolorum se distinguit, partim floribus semper scapo adhaerentibus.

CRACCAE a leguminosis reliquis differunt, quod prolixiore gaudeant florum serie, ordine se subsequentium.

LATHYRI, quod soli gaudeant caule alato, et foliis binis instar auricularum erectis.

PISA, quod ſemper bina habeant folia, diametraliter ſibi oppoſita, eademque latiora reliquis leguminoſis.

LENTES, quod binos tantum in ſingulo cauliculo proferant flores, interdum tamen ſingulos, foliisque gaudeant minutioribus.

PHASEOLI, quod extremitatem cauliculi ſemper claudat folium, duo deinceps ſequantur, foliisque ſemper gaudeant maioribus.

LVPINI, quod gaudeant foliis inſtar radii diſpoſitis, thyrſo lepido.

FABAE, quod flores ſcapo ſemper cateruatim adhaereant, foliisque gaudeant amplioribus.

Siliquae mediocri incluſo ſemine reniformi.

GLYCYRRHIZA Africana ſiliquis compreſſis. Germ. Linſen-Bäumgen mit zuſammen gedrückten Schötgen.

Coluteae, an Glycyrrhizae annumerem hoc plantae genus, diu dubius haeſi. Prius ſuadere uidebatur Volckamerus, quando illud et depinxit, et deſcripſit nomine Coluteae Africanae ueſicariae, ueſiculis compreſſis floribus atrorubentibus, his uerbis: Pulchrior haec Colutea humilioris ſtaturae, reſpectu ceterarum, eſt, ex radice ſiquidem fibroſa, tenui, cauliculus erigitur rotundus tenuis admodum, foliis pinnatis anguſtioribus alterno ordine cinctus; ex alis foliorum cauliculi oriuntur longiores, floſculis atropurpureis onuſti, pendulis, papilionaceis, tetrapetalis. His defloreſcentibus, ſiliquae ſequuntur latiuſculae, ac compreſſae, ſimplices, membranaceae, quarum in ſinu fouentur ſemina reniformia fuſca, mox ſolitaria, mox bina, quandoque etiam terna. Patriam agnoſcit Promont. bonae ſpei, unde ſemina ad nos translata felicisſime progerminarunt. Poſterius expoſcebat ſiliquae mediocris, breuisque compreſſus habitus. Sed quo minus dicerem Glycyrrhizam, obſtabat, quod illa characteriſtica Glycyrrhizae nota, quam Raius affert, radice puta dulci, repente, lutea deſtitueretur;

et

et quod affirmarem esse Coluteae speciem, uetabat defectus siliquae bullatae. Equidem Hermannus eximere hunc scrupulum uidetur, cum scribit: Colutea est bifaria: uesicaria et siliquosa. Vesicariae innotuerunt tres species: Vulgaris, Africana et Syriaca. Siliquosa diuiditur in duas classes: prima continet species numero plurimas tam frutescentes, quam herbaceas, ferentes semina cylindracea oblonga in siliquis biualuibus articulatis; alterius quatuor in Oriente offendi differentias frutescentes, quarum semina sunt globosa, et siliquae biualues uentriosae, quasi isthmo interceptae. Verum cum hanc meam plantam cum nulla harum specierum conuenire intelligerem, malui ad fructum unice respicere quam simul ad radicem; et cum is siliquae bullatae seu uesicae in clusus non sit, ex Colutearum numero eam eliminare, ac Glycyrrhizis accensere.

ANONIS non spinosa, procumbens, Lusitanica, flore purpureo, spicato. Aliis Anonis Alopecuroides. Germ. Heuhechel ohne Stachel.

Hanc plantam Anonidi annumerare nullus dubitaui, partim quod siliquas habeat breuiores, arrectas, ac quasi turgidas; partim quod trifoliata, et floris color rubellus. Ita enim CL. Riuinus. Frutex est trifoliatus, flore communiter rubro, rarissime albo. Ecquid uero sic de Anonide non spinosa, quae flore superbit luteo, censendum? Huius semina terrae, sub uere anni praesentis commisi, sed nulla prodiit planta, adeoque nec de flore, nec de siliquis, num eas arrigat, quod Ononidis, an pendulas repraesentet, quod Natricis signum, iudicium ferre potui; multoque minus in ea inquirere, quae de hac planta perscripsit Sylu. Bocconus: Etliche Sicilianische Bauren / wenn sie auf dem Felde zur Zeit der Erndte arbeiten / gebrauchen sich / um nicht von den Fliegen beschweret zu werden / des Krauts Anonidis luteae non spinosae, flore pendulo Bauhini, theils auswendig / theils inwendig. Es ist dieses eine planta uiscosa, und hat einen Geruch / wie Theriac. Man hat mich berichtet / daß der Apothecker des Hospitals zu Gaetta soll an den Fenstern seiner Apothecken eine Pflantze gehabt haben / deren Geruch und Effluuia die Fliegen von der Apothecken abgehalten. Ob er dazu diese Anonidem, oder aber Conizam maiorem ueram Lobelii, oder Tanacetum crispum, oder auch Gnaphalium gebraucht / kan ich nicht gewiß sagen. Er hat niemahlen / so lange er gelebet / dieses Kraut andern mitgetheilet / und sind in der-

ſelben Stadt nicht ſolche curieuſe Leute in Botanicis geweſen / welche ſelber nachgedacht / oder nachzudencken verſtanden hätten.

Siliquae anguſtiori incluſo ſemine longo.

GALEGA fl. pallide coeruleo. Quibusdam Galega Italica. Germ. Geiß-Raute. Perenn.

A plerisque Medicorum Galega pro celeberrimo habetur Alexipharmaco omni ueneno omnique malignitati potentisſime reſiſtente adeo, ut Boyleus Tractatu de ſalubritate aeris plures paginas impenderit Galegae uiribus celebrandis in morbis peſtilentialibus, et malignis. Verum enimuero uehementer uereor, ne omnia illa hyperbolica Galegae encomia lepidae iſti de duello lacertae, et uiperae, apud Foreſtum, innitantur, quae ſic habetur Pancouio: Es kämpfften einſt eine Heydex und gifftige Brand-Schlange mit einander / die Heydex aber / als an Kräfften ſchwächer / wurde zum öfftern von der Brand-Schlange hart gebißen und verwundet / alſo / daß ſie halb'tod darvon kriechen muſte; Sie kroche aber allemahl zur Geiß-Rauten / fraß davon / und bekame ihre vorige Kräffte wieder / ward auch ſo friſch / daß ſie / um ſich wieder an der Schlangen zu rächen / den Streit von neuen anfieng / biß endlich der Spectator dieſes Kampffs / das Kraut gäntzlich ausgeriſſen / da / nachdem die Heydex wieder verwundet worden / und diß Kraut wieder geſuchet / aber nicht gefunden / dieſelbe alſobald geſtorben. Ipſe certe Schroederus, nec ſine ratione, miratur, quod herba haec ſecus atque aliae Alexpharmacae omnis fere ſaporis odorisque expers deprehendatur.

Siliquae cylindraceae incluſo ſemine rotundo.

LOTVS tetragonolobus fl. lut. Germ. Erven mit gelber Blume.

LOTVS fl. pullo. Male piſum Creticum, ſeu Piſum Inſulae S. Jacobi. Germ. Erven mit ſchwartzer Blume.

Vt omnes flores, nigro colore gaudentes, ab hortorum cultoribus magni ſemper aeſtimantur; ita et eo nomine Lotus hic, utpote flore gaudens nigro, inter reliquos pro rariore habetur.

betur. Sed quod ad illud attinet, num male hic Lotus, Pisum dicatur, cum tamen siliquae facies cum Pisis non parum conueniat, sciendum est ex Riuino, Loti quidem siliquas utplurimum teretes et cylindraceas esse, quasdam tamen uel arcuatas atque articulatas quasi, uel quaternis alis instructus. Quapropter si externam tantum siliquarum faciem in Lotis spectemus, maior erit foliorum congruentia, quam fructificationis: nihilominus interiora ubi aduertimus, non deest similitudo structurae, siquidem in omni Loto siliqua cellulis diuisa est membranaceis, ita ut inter grana septum transuersum ubique reperiatur, sed admodum tenue.

Siliquae, contortae in spiram simplicem, incluso semine reniformi.

FALCATA foliis pinnatis, fl. lut. Germ. Sichel-Kraut.

CL. Riuinus tam Falcatam, quam Cochleatam Medicam non amplius cognomento Medicae effert, quod generale illud sit, et ambiguum, minusque significans. Solum itaque Falcatae et Cochleatae retinuit nomen, idque haud sine ratione, quoniam uoces, quae similitudinem quandam inuoluunt radicum, foliorum, florum, aut fructuum cum aliis rebus, egregie iuuant memoriam: id quod exemplis *Bursae Pastoris*, *Digitalis*, Nummulariae, Orchidis edocemur, ipsiusque Cochleatae, et Falcatae nostrae; cum nemo fuerit, qui uiso fructu cochleato, et falcato, protinus non intelligat rationem denominationis. Medicam uero olim dixerunt non ob uires medicas, sed ob locum natalem, unde uenit. Nam ita Plinius: Externa olim Graeciae, a Medis est aduecta per bella Persarum, quae Darius attulit: hinc gentile nomen obtinuit. Neque tamen ideo uiribus medicis omnibus destitutam putes plantam. Est enim Falcata in Mulo-Medicina magni nominis remedium, cum, Columella teste, animalium uitiis plerisque medeatur.

Siliquae articulatae incluso semine curuo.

CAMPOIDES, fl. flauo. Male Scorpioides Bupleuri folio; non enim gaudet siliqua scorpioide, sed

campoide, uel erucae ſimili. Refert autem egregie ſiliqua eius erucam in ſe conuolutam, ut uel ideo Germanice dicatur Raupen-Kraut. Ann.

Nota occaſione ſiliquae articulatae, quod eae ſic dicantur, quoniam per maturitatem transuerſim in aliquot articulos quaſi eat, ita ut in ſingulis fragmentis ſingula contineantur ſemina. Enatum autem CL. Riuino ab initio non leue dubium, annon hae ſiliquae tanquam multicapſulares omnibus aliis, atque adeo bicapſularium etiam ordini ſint poſtponendae? at euanuit omnis ſcrupulus, poſtquam aduertit, pericarpia non dici bicapſularia, quae plures cellulas per longitudinem impoſitas, ſed inuicem ad latus appoſitas habent; alioquin enim neceſſarium fore, ut Securidacam quoque, Cochleatam, Lothosque multicapſularibus accenſeamus, id quod abſurdum.

Plantae, gaudentes flore perfecto, ſimplici, irregulari, pentapetalo.

Seminibus nudis, binis, latis, turgidioribus, lanuginoſis.

LIBANOTIS. Male Apium petraeum. German. Berg-Eppich.

Hamburgo planta haec, aeſtate hac ad nos peruenit, ſub nomine Apii petraei Norwegici perennis, cuius, utut nondum uel florem uel ſemen uiderim, cum tamen folia cum Libanotide Riuini conueniant, audiamus quid ille: Libanotis, inquit, a me uocatur alba minor, ſeu amara Thalii. Delineatur alias a I. Bauhino ſub titulo Apii petraei, ſiue montani albi; atque in hac figura ſemina iuſtam habent magnitudinem, in deſcriptione autem dicuntur Apii ſimilia, minus recte. Radix quoque tribuitur ei perennis, quae tamen in hortum meum ex montibus Gigantium illata, poſt maturitatem ſeminum, quod altero contingit anno, ſemper interit. Caulis ei admodum angulo-

angulosus est, aut potius insigniter striatus, praesertim terrae propior, unde Cordo Daucus angulosus audit. Nec obstat, huic radicem dici acrem, Thalio amaram; est enim acris et amara simul.

Seminibus nudis quinis.

GERANIVM, folio obscurius uirente, circulo nigricante picto. Perenn.

GERANIVM, Coriandri folio odoratum. Perenn.

GERANIVM, folio Vitis, odore Melissae. Perenn.

GERANIVM fol. Maluae rotundo glabro, flore elegantissime rubente. Perenn.

GERANIVM fol. Hepaticae. Perenn.

GERANIVM triste Africanum. Aliis Geranium noctu olens. Perenn.

GERANIVM minimum procumbens, folio Betonicae. Ann.

GERANIVM Creticum acu longiore, rostro longissimo. Ann.

Cum caput de Geraniis eorum unum sit, ex quo elegantissima Methodus Riuiniana potissimum impugnari posse uideatur, operae pretium erit, ipsa maximi Botanici uerba, quibus difficultatibus, quae hic moueri poterant, obuiam ire uoluit, apponere, inquientis: Quae sub nomine Geranii habentur plantae, si earum flores inspiciamus, adeo diuersae apparent, ut non paucas manifeste irregulares, sed et plurimas omnino regulares reperias. De foliorum uarietate nihil dicam; miror tamen, quomodo neglecta illa tam constanter ex fructus rostrati similitudine cum capite gruis aut ciconiae colligendas species iudicarint Autores, qui tamen alias ad fructum attendere minus solent. Quid uero de floribus sentiendum? Ecquid de mea methodo? si eiusdem generis stirpes, aliae regularem, aliae irregularem habent florem. Fateor, hunc mihi scrupulum creasse satis grauem ad molestiam usque, dum obseruarem in fructu etiam discrimen haud negligendum. Videlicet, ubi flores habentur regulares, ut in Batrachiode, Haematode picto, montano fusco, saxatili, et columbino, ibi fructus est perfecte quinquecapsularis, qui dehiscens circa

circa ſtyli nutritii partem inferiorem, ſua eiicit ſemina. Aſt, quibus flos eſt irregularis, in iis diſcedunt ſemina ipſa in medio, caudata quaſi, et aliquoties contorta, ut pro nudis haberi non nequeant. Id ipſum cum cernerem perpetuum in iis Geranii ſpeciebus, quibus flos erat manifeſte irregularis, uti ſunt African. folio Ibiſci, atque Maluae, Betonicae, Anemones, atque Coriandri, etc. non dubitaui de ceteris etiam iudicare, quarum flores in dubio quaſi erant. Videlicet bina petala ſuperiora ſibi ſemper ſimilia ſunt, terna inferiora ab his diuerſa, inter ſe tamen aequalia exiſtunt; tumque ſuperiora uel latiora deprehenduntur, ac breuiora, ut in Geranio fol. Altheae, Moſchato, et Cretico: uel acuminata et aurita quaſi, ut in Geranio fol. Groſſulariae; uel colore diuerſa, modo ſaturatiore, lineis etiam uel punctis notata in Geranio Robertiano: modo pallidiore, minusque maculato, quod in Geranio triſti, potiſſimum folio ſtaphylini, notari meretur. Inter omnia difficillimum fuit pronunciare de Sylueſtri foetente: nam et flos pene regularis eſt, et ſemina inſtar reliquorum haud caudata, nihilominus nuda, et ſaltem e tenui filo pendula; Malui proinde ad Geranium proferre, ad quod propius accedit, quam ad Gruinalem: ſic enim appellari poſſunt, quae Geranio ſimilia, florem tamen regularem et fructum quinquecapſularem habent. Haec CL. Riuinus. De Geranio Africano triſti ſciendum, quod flos eius noctu ſit odore ſuauiſſimo, Heſperidis fragrantiſſimae odorem longo poſt ſe interuallo relinquente; interdiu prorſus deficiente. Influxum enim Solis adeo aſpernari uidetur, ut integro die odorem recuſet, cum Lunae acceſſui, gratiſſimo odore moſchato quaſi thura libet, qui odor intempeſta nocte ad Auroram usque perſeuerat, ſtatimque ad Solis praeſentiam euaneſcit.

Plantae, gaudentes flore perfecto, compoſito ex regularibus floſculis tantum, eiusdem generis, monopetalis,

Semine nudo plurimo pappoſo.

ELICHRYSVM Africanum fruteſcens, foliis Crithmi marini, uel Coronopi, uel Abrotani, fl. luteo.

Inepte

